

Abbas illos 12. lapides adaptans iohidem Christi 287.  
postolis jaspideum ut fundamentum Petro accommodat Apoc: 21.  
eiusque precipue fidei, dicens: Primum fundamen- in istis  
tum rechissime jaspis, qui significat rectam fidem quia Apoc:  
Petrus Apostolorum primus de fidei firmitate commen-  
datur. Joannes autem Andreolus episcopus ascopum Lis: 3. de  
noscum sic ait: Multi & penè omnes Petram super cultu imag:  
quam edificata est Ecclesia, fidem Petri intelligunt;  
ut Ecclesia constanchissime duraret in perpetuum, su-  
prema Dei providentia nullum aliud fundatum  
ei supponitur nisi fides Petri, nil sane firmius, nil  
constanchius.)

Dñe, tu scis, quia amo te, & quidem  
in amore Christi ita excelluit Sanctus noster, ut nec  
quoad hoc Joannem illi preferendum censeant S. Pa-  
tres; sed attendamus S. Ambrosii verba haec: Con- Si: 10.  
trahatur (Petrus) quando terro interrogatur, amas  
me? id enim interrogatur de quo dubitatur, sed Do-  
minus non dubitabat, qui interrogabat, non ut dis-  
ceret, quem elevandus in calum amoris sui nobis  
vicarium relinquebat: Tu scis quia amo te: Jam du-  
dum Deo cognitum Petrus testificatur affectum: quis  
enim alius, qui dese hoc facile profiteri posset? & ideo  
quia solus profiteatur ex omnibus, omnibus antefetur, in

288. in verbo autem suo taxabo recte; hic proprie  
Petrus contra spem insipem credidit quod natura  
Denegarunt media; id super naturali consequendum  
spetat ad iudicium: alioque hic proprie nobis insinuatū  
videmus quod animalium pescatio à nostro labore  
vel industria minime pendet sed potius ab efficacia  
Divine gratiae: hinc primum huius speciei non fuit  
sola pescum subsecuta caphira sed quod Christus  
Luc: 5. 10. Petrus dixit ex hoc jam eris homines capiens: ut  
Hom: 4. (uti ophime S. Maximus observat) Qui caphiræ  
piscium alebatur salutem hominum pasteretur.

Argen-  
tum & aurum non est mihi nec erat in re, nec in  
affectu ei cuius jam conversatio & fiducia omnis e-  
rat in celis & de caelis: de quo sic habet S. Ber-  
nardus ad Eugenium scribens: Petrus nesciit pro-  
cessisse aliquando vel gemmis ornatus, vel sericiis, non  
teches auro, nec vechis equo albo, nec stipatis milite,  
nec circumstrepentibus septulis ministris: absque his ha-  
men satis credidit posse imperi salvare mandatum:  
in Allegor: Si amas me, pasce oves meas: & Baldwinus ait: Di-  
agnosco Hymen na vox Principis Ecclesiae: Quid Seiro & auro.. sum-  
ma pauperias apostolica ita ut ne valorem ipsius  
pecunie bene agnosceret: ideo que prius nominat  
argenum, quam aurum, Erat

Erat Petrus dormiens inter duos milites vincis.<sup>289.</sup>  
dix.: dormiebat et si triculatus, quia iactaverat to-  
tum suum cogitatum in Deum, ejusque providentia  
& dispositioni se totum conformis combiserat: unde  
Chrysostomus ait: Dormit corpore Petrus, corde adde <sup>Hom. 8.</sup>  
ut vigilat; Deus vero custos ipsius, nec dormitat, nec <sup>in ep. ad</sup> <sup>aphen.</sup>  
dormit, & optime Tertullianus dixit: Hic crux sen- <sup>ad. 6. 31.</sup>  
tit in nervo, dum animus est in celo: erat Petrus  
dormiens, vincula illius alligatura solutis, S. Cypria- <sup>Ep. 72.</sup>  
nus: Posito, inquit, in vinculis corpore, solutis ac <sup>ad 5. celer.</sup>  
liber spiritus mansit: ac tandem S. Hilarius: justi <sup>c. v. in</sup> <sup>Matt.</sup>  
viri ait, nonquam dulcius requiescant, quam cum  
laboribus fatigantur, <sup>9</sup> videntes autem Petri constan-  
tiam, seu in predicando libertatem, seu in pa-  
tientio magnarum limitatum & patientiam, de qua  
sic habet S. Chrysostomus: Non verbis solis monstra- <sup>in hunc</sup>  
bat non curare se de quibus judicetur, & quod extre- <sup>locum</sup>  
ma intentenhir pericula, sed etiam habitu, & voce,  
& aspectu summam omnibus libertatem apud po-  
pulum demonstrabat per ea que loquebatur: Hinc  
Magnus Gregorius habet: Vixi tuis securitas reche- <sup>Li. 6. 31.</sup>  
leoni comparatur: in occursu desiarum leo non tre- <sup>Mor. c. 4.</sup>  
pidat, quia prevalere se omnibus non ignorat, <sup>9</sup> Roga-

290. Rogavi pro te, Sehe, ut non deficiat fides tua, hoc  
est, ut semper fidelis virtutum omnium sectator exis-  
tas & in suscepta fide operibus vivificanda perseveres.  
Ad quod virtutum fastigium pervenire Petrus dicens  
est, pro cuius spirituali continuo profectu ipse deus filius  
<sup>Serm. 2. de Petre Apostoli</sup> intercessit. S. Leo: Diabolus, inquit, omnes exigitare om-  
nes cupiebat elidere, & tamen specialis à Dho Petri  
cura suscipitur. In Petro omnium fortitudo munitur,  
& Divina gratia ita ordinatur auxilium, ut firmitas,  
quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Aposto-  
lis conferatur: quare, ut ait Theophilachis, quamvis  
(Petrus in negatione) brevi tempore concubitus erat,  
habet tamen recomposita semina fidei, ut etiam si folia  
abjecerit spiritus invadentis, radix tamen viciet. Non  
deficit fides tua.

## S. VI. S. Petri Passiones, & Martyrium.

**Texhus** Extendas manus tuas, & alius te cinget. joan: 21. 18.  
Petrus qualem servabatur in carcere. Act: 12. 5.  
Surge velociter, & ceciderunt catene de manibus ejus. 4. 7.  
Hunc scio certe quia misit Dominus Angelum suum, & eri-  
puit me. Act: 12. 11.  
Hoc autem dixit, significans quia morte clarificaturus es et  
Deum.  
Maxima & pretiosa nobis promissa donavit. 2. Pet: 1. 4.  
Tandem S. Petri passionem, tribulationes, & Mar-  
tyrium restant nobis hic ad calcem attingenda, que  
qui-

quidem ipsi Petro Songe ante à Dño fuere pra-  
nuntiata, cum ab alio cingendum prædixit, & quò  
nollet educendum; quo nollet utique secundum na-  
turalem hominis voluntatem; juxta autem ferventis-  
simum simul & terrimum amorem quo Christum  
prosequebatur omnes corde eiam atri sustinuit tri-  
bulationes & majora semper exoplabat subire tor-  
menta: hinc sub Herode incarcatus & vinculis  
obligatus pacifice dormiebat, ubi ab Angelo mi-  
rabiliter excitatus & solutus est, pro quo copio-  
sus Deo gratias retribuit: mox varia Evangelii  
luce loca illuminavit, ac tandem cum discipulis  
suis Romanam venit ubi ab Antiochia Pontificiam  
transluit cathedram: hic iterum cum Simone Ma-  
go viceriose contendit, & quae sedes erat imperii  
Roma, & erroris, & impietatis, ex Petri prædicatione  
& institutione evasit emporium pietatis & verita-  
tis: hic eiam Claudio imperante persecutiones sus-  
tulit, quare orientales visitavit Ecclesias, deinceps  
que Romanam reversus iterum & iterum Simonē  
magum modis omnibus debellavit: Postremo à Ne-  
rone pro tantis justitiae operibus cum Paulo A-  
postolo comprehensus & morte Crucis damnatus  
est,

292. & ea, quā Christus ei annūn̄iaverat, morte clariſicavit Deum, qui eum postmodum tanta inceſis <sup>viciōis</sup> clarificavit gloria inenarrabili, qua in eternū fruetur, pro nobis mediator prepotens futurus, si ejus nos pro posse imitatores, ac devotos clientes præstiterimus.

Extendes manus tuas, ad labores, catenas, & crucem, & alius te cinget, hoc est ab aliis persecutiones, carceres, & oppressiones suscinebis: ecce quomodo patienda Christis Petro dulciter annuntiat, ut qui junior prius seu ante tanti Magistrorum sequelam, iuxta suum velle procedebat, jam senior seu christiana imbutus maturitate graviora ab aliis patienda sibi intelligat: hinc S. Ambrosius in ps. 40. ait: Ante certamen junior dicitur, in certamine senex, quod omne certamen impleverit. Sed cur super hom. 37. prioris vite meminit? inquit Chrysostomus, ut significet, in rebus sæcularibus juvenem uilem esse, senē inuilem; non item in divinis, Petrus autem servabatur in carcere, iusme Herodis Agrippæ in Christians ierosolymis crudeliter sæviens: quam, & alias persecutio[n]es patienti, & calamis suscepit Petrus ant. in ep. ad Ephesios, ut pulchre contemplatur S. Chrysostomus dicens: Pe-

Petrus hac catena gaudebat, nec alterabatur, & pro- 293.  
fundis eum tenebat somnus: non dormisset si in  
magna fuissest sollicitudine: Carcerem vero S. Petri  
sic apte moralizat innocentis Papa III. Carcer est  
prava consuetudo; osium carceris est opus per quod <sup>S. Petrus ad vincula</sup>  
<sup>serm: de</sup> intratur in consuetudinem; osium ergo carceris custo-  
ditur, quando peccatum consuetudinis frequentatur,

Surge  
velociter, & ceciderunt catene de manibus eius: Ecce  
quomodo liberalis Apostolum suum Dominus de manu  
Herodis, tum ut adversa secundis temperet, tum ut glo-  
riosior Petrus postea triumphum Romae reporta-  
ret. Bellè S. Chrysostomus: Vincum esse propter Christum <sup>Hom: 8.</sup> <sub>ad Ephes.</sub>  
scum est preclarissimè, quam esse Apostolum, quam esse  
Evangelistam: s. Vincenius Ferrerius ad illud: Cecide- <sup>serm: de</sup>  
runt catene, & sic mystice habet: Ecce confessio: quot <sub>Vincenit  
S. Petri.</sub>  
peccata mortalia habet homo, tot catenis est ligatus;  
& quando homo confitebitur, & confessor elevans manum  
ditit: Ego te absolvo, omnes rumpuntur;

Nunc scio ve-  
rè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me, di-  
cepit Petrus, à priori extasi reversus, nam ut bene  
Procopius ait: Verè celestium dogmatum speculatio, <sup>Hic-</sup>  
& comprehensio non nihil obscuritatis, primo, etiam  
doc-

294. doctis, & magnis parit: sed & cum Hugone Cardi-  
apud Mansi nali hoc ex his eruntus documentum quo ait: Ad  
se reversus; quia quamdiu homo est in' sta' vi'le  
carnalis extrase est, & nescit quid circa se geritur;  
sed cum processerit vicum unum, hunc ad se redit cog-  
noscens, & periculum in quo fuit, & securitatem ad  
quam venit.

Hoc autem dixit, significans quia morte  
clarificaturus erat deum, : in superioribus namque  
ss. pp. verbis Christi ad Petrum intelligunt communiter, huic  
predictam à Dño mortem Crucis, quam, & humili si-  
mil, & ardenti subivit animo: dum enim dixit: Alius  
in c. 21. te cinget, ait S. Thomas, Exposuit passionis modum;  
joan: nam Petrus crucifixus fuit, sed non cum clavis, sed cu  
Hom: in funibus. S. Maximus: Hic est Petrus (inquit) qui  
Petri s. dum ad Crucem tanquam Crucifixi discipulus ducere-  
tur, verso se poscens corpore crucifigi, passionem non  
renuit, sed equalitatem crucis Dñi declinavit, & ad-  
Hom: 1. in dicitur: ut ostenderet universis admirando se humiliatis  
Nat: Apost: virtutem, novique mysterij disciplinam, & inter formen-  
ta servasse.

Maxima & preiosa nobis promissa do-  
navit: hoc dicebat adhuc vivens S. Petrus, sed exinde  
certo senerans quo nunc sibi donata sunt in celis: qua  
serm: 2. de sic optime arguit S. Bernardus: Si in terra adhuc po-  
sthus

situs (s. Petrus) omnia poterat, non quidem in se, sed in 295.  
christo; quid non poterit hodie vilens in eterna felici-  
tate cum ipso, & quidem in Petro omnia magna,  
omnia proficit, omnia in bonum versa: hic s. <sup>Hom: 4.</sup>  
Martinus dicit: Petrus temptationibus suis proficit, steli-  
bus suis gaudet, periculis suis crescit: tanquam bonus  
enim pastor Petrus gregem accipit, ut qui sibi antea  
infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: in calis  
ergo & in ferris Vicarium suum dominus excelse mag-  
nificavit, vivum & mortuum donis suis mire glori-  
ficavit, ut jure dicat s. Augustinus: Beatus imm <sup>Le: 55: de</sup>  
trum pescadorem modo genibus pro voluntate adorat ex-<sup>Diversis.</sup>  
cellentia imperatoris: & s. Ambrosius Romae <sup>Vrb:</sup> serm: 67.  
de s. Apostoli sepulchro gratulatus dicit: ubi caput  
superstitionis erat, illic caput quietis sanctitatis; & ubi  
gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum prin-  
cipes morarentur. ipsum nos ubicumque fueri-  
mus devote veneremur sanctissimum Apostolum &  
Ecclesia Christiana Principem, ut & ipse nostris com-  
passus infirmitatibus, & conversionis copiosam impe-  
trat graham, & completa remissionis

~~XXX~~

Cap-

# Capitulum VIII.

## S. Paulus gentium Apostolus

Post Apostolorum Principem primum Sacrum Petrum, genium quoque Apostolum Paulum ei con principem admirandum nobis duximus, ne quias una fides, & passio ita facit coniunctos, hic ab invicem videamur separare, modo aliquo disiungere: ipsummet, & admirationis objectum, & imitationis simul contemplemur exemplum.

### §. I. S. Pauli conversio mirabilis

*Textus:* Saulus adhuc spirans minarum, & cedis in discipulos Domini. Actorum 9. v. 1.

Subito circumfusus ille eum lux de calo. v. 3.

Dñe quid me vis facere? v. 6.

Vas electionis est mihi iste. v. 15.

Confessim ceciderunt ab oculis ejus laniham squama, & uitem recepit, & surgens baptizatus est. v. 18.

Tot sunt, ac tanta quae de S.º Paulo legimus in Scripturis, ut vix sciam, quae iuxta modulum nostrum hic dicere, quae vero ne excedam, præterire debeam; sed ad plura; vel etiam omnia; prius rec-

Lectorum, me quoque insim. remitto ad Amplos, 297.  
Actorum Commentatores; Ipsiis S<sup>t</sup>i Apostoli Epistolarum Expositores, omnesque Vitas Sanctorum enarrantes: uti sepiusime in His sum protestans,  
me scilicet paucis admodum, et si visd selectiora  
velle. attingere. Huius ergo Saulus natione hebreus,  
patria Tarsensis, de tribu Benjamin, genere nobilis,  
sub Gamaliel magistro legem Moysi edocitus hanc  
adeo acriter propugnabat, ut Christi dñi Apostolos  
persequeretur, & in S. Stephani lapidatione tor-  
rum vestes servaret; sed vero cum sic nascentem  
persequitur Christi Ecclesiam, subito misatur a cle-  
mentissimo dño, ut Actorum cap: nono enarratur  
usque dum baptizatus est ab Anania cui a deo  
fuerat commissus. De eius nomine prius Saulus,  
mox Paulus sentiunt apud Sylveiram Recensio-  
res communiter, a Sergio Paulo Proconsule, quem pri-  
mum convertit in insula Cypro, primum nomen im-  
mutasse, tum ob illius amicitiam, tum ut se magis,  
inde quic fidem insinuaret. Hec admirabilis con-  
versio contigit anno 29 ab Ascensione dñi, trigesi-  
ta diebus a nece S. Stephani, cum esset Saulus tri-  
ginta quatuor annorum aetatis sua, ut habeat Ba-  
roa-

298 Baronius anno Christi 3. Epitome Spondani. n. 5.

<sup>Saulus</sup>  
ad huc spirans minarum, & cædis in discipulos Dñi;  
Primo baulus adducitur veritatis persecutor deinde  
Paulus vere fidei prosecutor & propagator, ut ma-  
gis ejus clivit conversio, mindabiliorque in eo appa-  
reat dextræ Excelsi mutatio: quare sic loquitur S.  
ser. 4. in Chrysostomus: Quis loquetur potentias tuas, Dñe, quod  
Epid. ad M. Paulum non es passus delitescere, sed orbi universo vi-  
rum hunc in lucem exhibasti: laudarunt te simu-  
l omnes Angeli cum astra creares, & solem, verumta-  
men non ita quemadmodum cum Paulum nobis  
toto orbi conspicuum faceres,

Subito circumfulsit  
eum lux de calo: lux ipsum Paulum ambiens, &  
præ fuligore obstupentem exæcans: decebat enim  
fidei lumine illustrandum, ab omnibus mundi vani-  
tatis videndis omnino cessare, ut qui de tenebris ad  
lucem, de vanitate ad veritatem, de morte ad vitam  
erat transiitus; istam rationem dat S. Chrysosto-  
mus: ideo luce exæcatur Saulus, ut ita compreso  
Hom. de serendis regret: furore ipsius, mente que serenata vocem affenius  
lib. de Benedic: Patriarch: perciperet, & S. Ambrosius dicit Saulum tan-  
quam lupum nocturnis tenebris oberrantem. effi-  
sa.

sa luce cæcalum, & ad doctrinam mirè dixit. 299.  
S. Bernardus: Conversus Paulus conversionis mi-  
nister fatus est universi mundi. Serm. de  
conv. S. Pauli

Dñe quid me vis  
facere? en primus cœlestis luminis in Paulo radius  
ut subito non mentem modo, sed & ejus inflamarit  
voluntatem, ad Dei mandata, & Christi precepta exe-  
quenda. O! verbum breve (clamat S. Bernardus) <sup>supra</sup>  
Bernardus sed plenum, vivum, & omni acceptio-  
ne dignum, & S. Augustinus ait: <sup>ser. 14. de</sup> sanctis.  
jam parat se ad obediendum, qui prius sœviebat ad perseguendum.  
jam formatur ex persecutore prædicatur, ex lupo ovis,  
ex hoste miles, obis audeat quid facere debet, & qui-  
dem tali luce jam aphis fuerat redditus ad ezequen-  
da perfectiora, ut Ecumenius notat dicens: Simil <sup>pond.</sup>  
ut Paulus illuminatus est magnam spiritus gloriam <sup>splend.</sup>  
a zelo, animique prompheticâ attrahens erat.

Vas  
electionis est mihi iste, hoc est instrumentum spe-  
cialiter electum, ad Evangelium per orbem diffun-  
dendum ac disseminandum. ubi, ait S. Hierony- <sup>ep. 6.</sup>  
mus, electionis vas, tuba evangelii, rugitus leonis <sup>de Pannack.</sup>  
nostrri, tonitru gentium, flumen eloquentie christia-  
ne, qui mysterium retro generationibus ignoratum  
&

300. & profundum divinarum sapientiae, & scientiae Dei  
magis miratur quam loquitur: hinc S. Chrysostom:  
<sup>Hom: 18.</sup> dicit: Astra quidem cum fuerint admirabantur An-  
<sup>in Rom: 11.</sup> geli; Paulum vero Deus ipse admiratus est dicens:  
vobis electionis est mihi iste,

Confestim ceciderunt ab  
oculis ejus tanquam squamæ, & visum accepit,  
quod temporaliter factum, quod & simul fiebat spiri-  
tualiter, indicabat, scilicet lumine fidei errorum tene-  
bras ab ejus anima dissipari: S. Gregorius: repulsi  
L. 23. Mor. videlicet squammis, jam ad cordis viscera veritatis sa-  
cra. 24. gitta perbenerat, quando deposita elatione super-  
bie, eum, quem impugnaverat dominum confitens, &  
quid ageret nesciens requirebat; & Germanus Epis:  
Orat: in Hierosolymitanus ait: Oculis privatis Paulus, qui rec-  
Crescit ador: ta non inherentur, sed distorta, solum, obliqua, &  
to: 2. reflexa diligenter: nam squamæ, quæ de oculis ejus  
deciderant, serpentine squamæ esse videbantur; &  
totum Christum in se recepit,

Et surgens bapiza-  
tus est: animo scilicet iam sursatum elevato, men-  
te jam in caelis fixa sanctum suscepit Bap-  
tismum, & illico spiritu sancto repleatus est: hic  
ser: 1. in belle hortatur S. Bernardus: Quis desperet ultra  
Contra: 5. pro

301.

pro magnitudine criminis, quandoquidem Saulum au-  
diat abhuc spirantem mihiarum, & cedis in discipu-  
los Domini subito factum vas electionis. & S. Hierony-  
mus: Noli, inquit, fidem pensare temporibus: Saulus  
Apostolus, & vas electionis de persecutore mutatus, no-  
vissimus in ordine, primus in meritis est: quia extremus  
licet, plus omnibus laboravit,

## ¶. II. S. Pauli Apostolatus

**Textus:** Segregate mihi Saulum, & Barnabam, in opus ad  
quod assumpsi eos. Acto: 13. 2.  
Continuo in sinagogis prædicabat Iesum. Ad: 9. 20.  
Instabat verbo Paulus testificans iudeis esse Christum ie-  
sum. Acto: 18. 5.  
Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: noli tem-  
ere, sed loquere, ut ne facias. 4. 9.  
Profecho est perambulans ex ordine Galaticam regio-  
nem. v. 25.  
Ita ut omnes qui habitabant in Asia audirent verbum  
Domini, iudei, atque Gentiles. Act: 19. 10.  
Instancia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesia-  
rum 2. Corinth: 11. 28.  
Plus omnibus laboravi. 1. Cor: 15. 10.

De Magni Pauli Apostolatu cum tot dici  
possent, hoc unum dixisse nobis sufficerit quid  
per excelleniam fuerit & jure dicatur Aposto-  
lus: nam ejus pro fide propaganda excursiones  
quis enumeraverit? ejus pro animabus salvan-  
dis

302. Rom. 9. 3. Dis zelum quis melius explicuerit quam ipse  
met, cum dicit: cupio anathema esse pro fratri-  
bus; quot nationes ad veram fidem, bonam que-  
fringem reduxerit, solus dixerit, qui mundum uni-  
versum à Paulo conversum proclamaverit; cales-  
tem ejus doctrinam nullus bene conceperit, ni us-  
que ad tertium cælum evectionem meminerit; atque  
ibi ab ipso edochum Deo: ipsius vero ad ea omnia  
electionem ap̄te consideramus, cum ipso S. Spi-  
ritus eloquio segregandus enunhiatur ad tantū  
opus, quod & ipse tot externis execubis est Aposto-  
licis actibus; internis autem tantis servofibis  
& curis, ut vere de se ipso, Deo inspirante, dixe-  
rit, se p̄e omnibus laborasse, qui & intensive  
& extensive plus omnibus Apostolicum exer-  
cuit ministerium.

Segregate mihi Saulum, &  
Barnabam. in opus ad quod assumpsi eos; Saulus  
quidem jam ab initio sive conversionis à Deo desig-  
natus, & auctoratus erat gentium Apostolus, sed in  
acti 1. & secreto, nunc vero in acti 5. & publicè  
earumdem designatur Apostolus: hactenus enim  
Damasci dumtaxat, & Antiochiae prædicaverat.  
S.

S. Bonaventura dixit: Quis unquam sic docuit, sic <sup>303.</sup>  
christum prædicavit, quis sic mundum illuminavit <sup>in Pto</sup>  
ut Paulus? unde diuīl r (Ecl: 43.) quod in firmamen-<sup>Convers:</sup>  
to cali resplenduit, <sup>o</sup>

Continuò in Sinagogis prædicar-  
bat Iesum, scientia illa, quam in illo excitatis corpo-  
ralis triduo accepérat infísam, confundebat iudeos  
Non erubescébat, ait S. Chrysostomus, mutacionem, neque  
formidabat destruere eā, in quibus anteā clarescebat;  
Alque idem S. Doctor sic alibi loquihīr: Cælum, tunc <sup>Hom: 18.</sup>  
tanto si tempore visum, non tamen admodum pro-<sup>in Rom: II.</sup>  
movit; Paulus vero ex quo concionalis tempore to-  
tum orbem ultraxit; Cælum suum servans terminum,  
& canonem, eadem statione consistit; mentis vero Pa-  
ulinæ sublimitas omnes cælos transcendit, ipsi que  
Christo conversatur, <sup>o</sup>

Instabat verbo Paulus testimōns  
iudeis esse Christum Iesum; hoc est, instanter & cre-  
brò prædicabat, illis efficaciter ostendens Christum So-  
mīnum esse verum eorum Messiam; alque inde tan-  
ta erat ejus verborum efficacia, ut merito dixerit S.  
Chrysostomus: Singula Pauli (sicut ignis) quibuscum <sup>Hom: 7.</sup>  
que fuisset admota ad seipsum continuo transferat;  
Impugnatores quoque ejus celeriter ipsius verbo capi-<sup>de laudibus</sup>  
pabu-

304. pabulum quoddam spirituali huic afficiebantur igni,  
perque i<sup>s</sup>os magis Evangelij fama crescebat,

Dixit

autem D<sup>n</sup>is Paul<sup>o</sup> per visionem nocte: noli timere:  
sed loquere, ne faciat: Ecce quomodo Deus ipse Pauli  
verba, & prædicationem approbat, forte quia cla-

<sup>1. Cor. 2. 1.</sup> ram, nec persuasibili bus humanae sapientiae verbis

<sup>Apolog.</sup> refutat: de Pauli verbis sic habet S. Hieronymus:  
<sup>ad Rannach</sup> Paulum Apostolum proferam, quem quoiescumque

lego, video et mihi non verbit audire, sed tonitruo...  
quocumque respxeris, fulmina sunt: unde S. Chry-

<sup>Hom. 6.</sup> sostomus Paulum vocat Christi rhetorem, mundi  
<sup>de Panit:</sup> pescatorem, qui per quatuordecim Epistolas, veluti  
spiritualia retia, ad balutem captat,

Profectus est per

ambulans ex ordine galaticam regionem, eni<sup>m</sup> illi Paulus  
instar figuris per Asiac regiones ceterime discurre-  
rit mundum lustrans universum, omni que pradi-

<sup>Hom. 8.</sup> calitus creaturæ. Verissime S. Chrysostomus dixit: Sol  
<sup>de Sandt.</sup> quidam est hominibus Paulus, qui totum prorsus orbem

fulgentibus lingue sua radiis illuminavit, qui que uni-  
versas circumneundo gentes, cursum omnino solis imi-  
tatus est, ac mundi regiones omnes, quasi libero à cor-  
pore animo pervolavit, & S. Paulus operabatur

<sup>Act. 18.</sup>  
<sup>N.B.</sup>

pro-

305.  
predicans, ait Ierbas: ubi idem S. Doctor arquit:  
Erubescamus nos, qui etiam absque prædicatio[n]e vi-  
vimus ob[st]o[n]e, ita ut omnes qui habitabant in Asia,  
audirent verbum Dñi, iudei, atque gentiles; audi-  
rent utique, & crederent, plerique saltem; erat enim  
talis Pauli prædicatio, ac per orbem discursio, qualis  
ab eius principio laudabre sic describitur: Omnem.  
prorsus, quanta sub calo est regionem, quasi volans  
circuivit, non simplici labore, velut in vacuum itinera  
percurrentes, sed peccatorum spinas pariter evellens, &  
verbum seminans ubique pietatis, fugans errores, veritatem  
reducens, ex hominibus Angelos faciens, quinimo ipsos ho-  
mines quasi ex diabolis in Angelos provehens, ~  
instan-  
tia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiærum,  
ad omnes simul homines Apostoli zelus extendebatur;  
quare merito ab eodem Chrysostomo sic laudatur: <sup>Hom: 32. in</sup>  
<sup>Eph: ad Rom:</sup> Quod si quis cor Pauli totius ororis cor dixerit, & elem-  
entum primarium scalpis nostræ, non erraverit: cor is-  
tud adeo latum fuit, ut in se suscepit integras urbes,  
populos, & gentes... cor inquam, quod novum vitam nō  
hunc nostram vixit: vivo ego, jam non ego, vivit vero in gal: 2. 20.  
me Christus. Cor itaque Christi, erat cor pauli, tabula  
que

306 que Spiritus sancti, alique charitatis volumen,

Plus omnibus laboravij potuit ipsem et de se ipso dicere, qui indecessa Evangelii predicatione non partem orbis huc catéri, sed mundum illuminavit universum. *Tan*  
*in 2 Cor: 5 sollicitis erat, ait S. Ambrosius, circa officium sibi de-*  
*legatum, ut nec nocte cessaret ex illo ad Thessal: 2.*  
*In labore, & defatigatione nocte & die operantes, & S.*  
*Chrysostomus ait: Paulus quodidie celsior asurgebat,*  
*Hour: 2 de  
Laudes S.  
Pauli.* *majores ambiens agones, majora certamina ... perinde*  
*ac flamma in sylvam immisa jugiter proserpuit, donec*  
*totam sylvam subigat, & in immensum crescat incen-*  
*dium,*

### §. III. S. Pauli Virtutes

*Textus:* Certus sum enim, quia neque mors, neque vita ... neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei. Rom: 8. 35.

Optabam ego ipse anathema esse à Christo profici-  
bus meis. Rom: 9. 1.

Gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis. 2. Cor: 11. 7.  
Gloriamur in tribulationibus. Rom: 5. 3. (1 Cor: 4. 3.)

Nihil mihi conscientia sum, sed non in hoc justificatus sum  
Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus voca-  
ri Apostolus. 1. Cor: 15. 9.

Castigo corpus meum, & in servitatem redigo. 1. Cor: 9. 27.  
Quis infirmatur, & ego non infirmor. 2. Cor: 11. 29.

Imitatores mei estole. Philip: 3. 17.

Omnium projecto virtutum exemplar perfectionissimum

307.  
eius e-  
cor. 4.20.

exhibit, vndeque magnus S. Paulus, non in sermone  
solo prædicationem constitutus, sed in virtute; quidem vivere Christus erat, cum quo ut spiritu eius esset,  
mortem exoptabat, & à corpore dissolutionem fide plus  
charitate flagrans, spe magnanimus, qui famen  
ita demissæ de se sentiebat, ut peccatorum se primum,  
seu maximum, Apostolorum vero minimum, & cono-  
mine indignum existimaret, in proximos adeo benig-  
nus, ut eorum afflictiones suas ficeret, immo & adver-  
sa omnia, ne illi paterneretur, sibi assumeret, ac tandem  
semper in operando perfectione amulatus, indefes-  
sa verbi & operis prædicatione, zelo fervente, pa-  
tientia mirabilis, omnium omnino virilitatem præcla-  
ra præbuit exempla, tam carnum, que delit respi-  
ciunt, quam alidrum, quicq; vel ad proximum, vel  
ad se ipsum quoque dirigitur.

Certus sum e-  
rim, quia neque mors, neque vita, neque creatura  
alia poterit nos separare à charitate Dei; & quod  
hic dixit Apostolus, & opere complevit semper in Dei  
& Christi amore ignitus perseverans & in prosperis &  
in adversis quibuslibet: quod est perfectæ charitatis in  
dicit

308 dicimus, ut innuit S. Hieronymus dicens: Grandem vim  
Ep: 14. obtinet vera dilectio. Nihil est imperiosius charitate:  
<sup>ab Galanthia</sup> Nos si verè Christum diligimus, si ejus nos redemptos  
sanguine recordamur, nihil magis velle, nihil omnino  
debemus agere, quam quod illum velle cognoscimus)

Op-  
tabam ego ipse anathema esse à Christo pro Frat-  
tribus meis; quod erga proximum dilectionis ramū  
omnino fuit signum, quo magis esse non potest quā  
pro fratribus animam ponere: & sane S. Chrysos-  
Hom: 2.  
de laud: tomo teste: Nullus tanto affectus mala propria,  
quanto Paulus deslebat alienas; sed & inimicos ita  
diligebat, ut idem S. Doctor sic de eo loquatur: Ut  
Hom: 3.  
de laud: alius indulgentissimus Pater afficitur erga filium  
phrenesi comprehendens, cuius quanto magis con-  
viciis, iehibus que pulsatur, tanto potius eum miser-  
atur, & desbet ita Paulus, qui ipsam magnitudinem  
passionum eorum, a quibus affligebatur, existimaret  
furorem, majora illis adhibebat somenta pietatis;

Gratis  
evangelium Dei evangelizavi vobis; nulla enim  
era in eo temporalium bonorum cupiditas cuius  
conversatio in cœlis era, & vivere Christus: nam  
ad Heliodor: Verè S. Hieronymus dixit: Affatim dives es, qui  
cum

cum Christo pauper est: quam evangelicam pau-<sup>509.</sup>  
pertatem ita est sectatus S. Paulus, ut de codicis dig-  
nus ipsius Encomiastes: Homo erat, qui saepe cum fa-<sup>S. Chrysost:</sup>  
me luctatus est, dormivitque incanatus, homo nudus,<sup>Nom: 4. in Ep: 2.  
ad Timoth:</sup>  
& cui vestitus ipse saepe necessarius deerat: unde me-  
rito Apostolus ipse posuit dicere: Argentum, & aurum,<sup>Act: 20.  
¶ 34.</sup>  
aut vestem nullius concupivi, sicut Ipsi scilicet quoniam  
ad ea quae mihi opus erant, & his qui mecum sunt mi-  
nistriaverunt manus iste,

Gloriamur in tribulacioni-  
bus, dicebat qui mortificationem Iesu in suo corpo-  
re jugiter ferebat & corde, qui in alio gloriari renun-  
ciabat quam in Gruce Domini, cui mundus erat crucifixus,  
& ipse mundo, qui pro Christo mori lucrum reputa-  
bat maximum: hinc S. Hieronimus sic Eustochium  
& nos omnes alloquitur: Si Apostolus post nuditatem,<sup>de Virgin:  
cavitas:</sup>  
jejunia, fames, carcerem, flagella, supplicia exclam-  
bat: in felix ego homo, quis me liberabit a corpore  
mortis huius: tu te putas securam esse debere?

Nihil  
mihi conscientius sum, sed non in hoc iustificatus sum;  
dicebat humili Dei iudiciorum timore percussus,  
ut nos, quos de multis propria accusat conscientia  
debi-

310. debito expavescamus timore, ac cum tremore sa-  
lutem nostram operemur: unde S. Cyprianus ait:  
*Trad. de Mortuitate:* Ad omnia te paratum facere timor Dei, & fides de-  
bet; *Apostolim imitatus S. Hieronymus dicebat:*  
*Epist. 4. Florent.* Ego cunctis peccatorum sordibus inquinatus diebus  
ac noctibus operior cum tremore reddere novissi-  
*De Cusodia Virginie:* num quadrantem, & dicebat Eustochio: Nolo hibi  
superbiā venire de proposito, sed timorem, onus  
incedis auro, latro hibi vitandus est

*Ego sum mini-*  
mus Apostolorum qui non sum dignus vocari A-  
c. 3. 4. 20. *postolus*, verè secundus Ecclesiastici consilium: Quan-  
to magnus es, humiliā te in omnibus, & profecto,  
*de Virginib. c. 31.* illa ait S. Augustinus, Mensura humilitatis cuique  
ex mensurā ipsius magnitudinis data est, cui est pe-  
riculosa superbia, quae amplius amplioribus insi-  
*s. 23. Mor. c. 1.* diatur; & S. Gregorius monet: Sanctæ Ecclesia pre-  
dicator in cunctis quæ dicit, solerti cura se inspiciat,  
ne in eo, quod recta prædicat, vitio se elationis ex-  
tollat, ne vita & lingua discordet; ne pacem, quan-  
in Ecclesia annuntiat, in seipso dum bene dicit, &  
male vivit, amittat,

*Castigo corpus meum, & in*  
servitatem redigo: quia Sancus noster suum infi-  
coelitus

delitatis, & persecutionis Christianorum peccatum, l. 311.  
ce<sup>t</sup> ex ignorantia commisum, jugiter deflevit, & publi-  
ce sepe confessus est magno doloris sensu; & pracla-  
ram nobis afferit agendae semper p<sup>re</sup>nitentiae <sup>raetorem</sup> S. Hiero-  
nimus dicens: Magnis inimicorum circumdamur ag-  
minibus, hostium plena sunt omnia: caro fragilis, & ci-  
nis futura post modicum, pugnat sola cum pluribus,  
sic que Pauli p<sup>re</sup>nitentiam describit, & laudat S. Chry-  
sostomus: Compungebat se propter ea, quae fecerat,  
confitebatur, precabatur, brabat deum, & se ipsum  
mirum in modum p<sup>re</sup>na dignum iudicabat, item:  
sic despiciebat, ait, universa, quae cernimus, ut sole  
herba jam putrida contemni,

Quis infirmatur, & e-  
go non infirmor? compassivam exprimit charita-  
tem, qua aliorum mala deflebat ut propria: audi  
semper Chrysostomum: Hinc & iuges lacrymarum <sup>Hom: 1. de</sup>  
fontes ex eo non diebus solum, sed etiam noctibus af-  
fliuebant, omnique muliere parturiente vehementius  
affligebatur in singulis, proprius quod etiam dicebat: Fi-  
lioli mei, quos iterum parturio. Quasi universum <sup>Gal: 4. 19.</sup>  
mundum genuisset, sic perturbabatur, sic currebat, sic  
omnes in regnum Dei festinabat inducere, <sup>Hom: 3.</sup> Imita-

*imitatores mei esto*,: bella hic adhortatio, ut  
cujus virtutum radios aliquos affigimus, hos quoque  
imitatione reflectere non negligamus: Quare S. Gre-  
gorius explicans illud *Pf. Ps. 5.* illuminans tu mira-  
<sup>L. 27. Mor.</sup>  
<sup>c. 5. v. 6.</sup> bilitate à monitibus aeternis: *Ex aeternis, ait, moniti-*  
*bus Deus nos illuminat*, quia per admiratam vita-  
patrium precedentium radio nos sue claritatis illus-  
trat: & hanc ipsam sui imitationem à nobis exigit  
Apostolus, ut plus ipse de cælo nobis faveat: ut enim  
<sup>Hom. 5. in</sup>  
<sup>Cop. 1. Matth.</sup> habet Chrysostomus: *Habent vim pro nobis, & qui-*  
*dem maximam orationes, supplicationes que San-*  
*ctorum, sed tunc profecto, cum nos quoque idip-*  
*sum per penitentiam poshilamis, & ad studia*  
<sup>Hom. 44.</sup>  
<sup>m. gen.</sup> *meliora configimur*,: item alibi: *Quando quod*  
*ex nobis est simul aferimus, & accedit intercessio*  
*sanctorum, plurimum nobis confert* ~

#### S. IV. S. Pauli Doctrina

*Textus:* Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia  
haec evangeliare in gentibus.. & illuminare omnes.

*Ephes. 3. 8.*

Tarquam parvulis in Christo lac vobis polum dedi. <sup>(3.1.)</sup>  
Sermo meus, & predicatione mea, non in persuasibilitate  
humana sapientiae verbis. *1. Cor. 2. 4.*  
in quo positus sum ego predicator, & Apostolus, & Magis-  
ter gentium. *2. 1. Matth. 2. 11.* ~

Veri-

Eximia S. Pauli sapientia, prorsus que cælestis  
 Doctrina passim in Epistolis ejus conspicua est,  
 quas pre ceteris Apostolis plures scripsit, ita dispo-  
 nente providentia Divina, ut ab eo, qui prius fidēi  
 persecutor, tanguam ab inimico salis resiliaret abu-  
 dantior, cum tot ab illo audirentur stabiliendæ fidei  
 argumenta, à quo prius tanta impugnabatur insta-  
 lia: tanta ipsi⁹ ethnicis visa est Pauli Epistolam.  
 doctrinam, ut insim suo etiam Platoni preferendum  
 aliqui eorum censerint teste S. Chrysostomo: illum <sup>Hom. 3. in</sup>  
<sup>1. ad Corinth.</sup>  
 Dionysius Christianorum solem, ac Sapientię abyssū <sup>c. 7. de Sip:</sup>  
<sup>Nostram:</sup>  
 merito appellat, sic que S. Padres ceteri eundem dig-  
 nis collaudant encomiis: & quia quid scripto seu ver-  
 bo docebat, efficacius adhuc prædicabat exemplo, ut  
 magnes ferrum ad se trahit, sic Paulus zelo suo sue  
 gite efficacia doctrine omnes sibi Christo que devin-  
 ciebat: spectemus inculta novitia, barbaras tempe-  
 gentes, quas ipse primus evangelio subegit, eruditivit,  
 excoluit, expolivit; quam antea Christi fidem à Je-  
 susalem ad illirium usque per omnes intermedias  
 provincias propagari: ab illyrico in italicam, & His-  
 paniam pergens, has alias que provincias evangeli-  
 zando

314. zando peragravit. Denique tota Ecclesia Paulum  
quasi suum, totiusque orbis Doctorem colit, atque an-  
tonomastice Apostolum nominat.

Mihi omnium sanc-  
torum (id est Christianorum) minimo data est gratia  
haec, in gentibus evangelizare: & quomodo gratia  
et si tanta, denegari poterat tam humili? sed quo<sup>e</sup>  
<sup>Hom: 4.  
de lando:</sup> gratia? audi à Chrysostomo: Paulus inquit arché-  
typus bonorum, cui omnem prædicationem, res or-  
bis, mysteria cuncta, universam que dispensationem  
Deus conaessit. ipse cœlum solem habens justitiae; ipse  
mare sapientiae purissimum, & profundissimum,

<sup>et ill-</sup>  
minare omnes, prædicatione, scriptis, & vita, qui-  
bus, ut solis radiis, mundus totius lumen accipere,  
& recipere potest, si velit. in tantum virtute pro-  
gressus est, ait S. Chrysostomus, ut vix triginta anno-  
rum spatio Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos,  
& indos, & Scythes, & Athyopes, & Sauromatus, &  
saracenos, & omne prorsus humanum genus sub ju-  
gum mitteret veritatis, item ait: sic ut radiis solis  
orientibus fugantur tenebrae, ferre latitant, recondit  
se fures: sic evangelium disseminante Paulo, idolola-  
tria, ebrietates, stupra, alia que dictu fœda defecerunt,  
atque consumpta sunt;

Fam.

Tamquam parvulis in Christo lac uobis nolum  
dedit; suam hic ostendit in docendo prudentiam at  
qua pro discenfim capacitate jam facilia, jam difci-  
liora proponebat: qilam etiam in Christi scientia gra-  
dationem agnascit S. Anselmus, cum ait: Idem Christus <sup>ad ipso</sup>  
homini est lac per incarnationem, <sup>ad sapide</sup> Angelo solidus cibus  
per Divinitatem: idem Christus eadem lecio, eadem con-  
cio à carnalibus accipitur ut lac, à spiritualibus, ut so-  
lidus cibus,

Sermo meus, & prædicatio mea non in per-  
suasibilibus humanae sapiencie verbis: quæ uisque so-  
nant, sed cor non penetrant, suam forte, & oratoris per-  
suadent elegantiam, vix tamen unquam eam, quam e-  
nuntiant veritatem: Hinc Magnus ipse Augustinus pro-  
ficitur: Nec presumam uigilam in sapiencia verbi, ne  
evanescatur chrus Christi, sed Scripturatum auctoritate co-  
tentus, simplicitati obediens populus studio, quam humor, &  
Seneca, quamquam genilis, dicit: Plurimum proficit <sup>Epist: 38.</sup>  
sermo, qui minutissim irreposerit animo: disputationes  
præparatae, et effusa audiente populo, plus habent strepi-  
tus, minus familiaritatis. & S. Hieronymus monet: <sup>Epist: 2. ad Nepheles:</sup>  
Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus  
(tacitus) suscitetur, <sup>in quo positus sum ego prædicator,</sup>  
in Christo scilicet, & Christo illuminante prædicatore ex-  
stitit

316. tibi, seu prece Legis Dei, & Evangelij ipius Iesu-  
Christi: quam perfectè id munera exeruerit audi-  
l. 2. Hist. ab Eusebio: Paulus, inquit, qui inter ceteros Aposto-  
cop: 24: los eruditior etiam in verbis videtur, & in sensibus pre-  
potens.. in ipsum quoque Deum dignum paradisum  
abductus viderat ibi ineffabilia verba, & doctrinam  
illius interim scholæ discipulus effectus exceperebat, ~

Apostolus, & magister gentium, : vitam omnino ge-  
rens apostolicam, seu propriæ simul, & proximorum  
salutis intensissimè inclubens apollissimis isthis mediis,  
quæ sic refert s. Chrysostomus: Nunc per epistolæ,  
nunc per exhortationes, nunc per preces, nunc per mi-  
nas, nunc per se, nunc per subs omni studio conaba-  
tur erigere laborantes, stantes firmare, humili jacen-  
tes attollere, sanare contritos, torpentes animare, hos-  
tes rehundere, more ophimi ducis, militis, & medici, om-  
nium officiorum personas, & munia unus ipse subi-  
bat, ~

Veritatis, & sobrietatis verba loquor, dixit  
Paulus a Festo insaniæ argutus, non propriam, sed  
Christi, quem prædicabat, vindicans adiutoritatem,  
quam & ipse peropime referebat modestia omnium  
que effectus norma virtutum: ~~de quibus~~ de

quibus sic eum laudat Chrysostomus: Paulus om̄<sup>317.</sup>  
nium virtutum fuit arca: video ut, etiam si quis to  
tum contra eum iustorum chorum sigillatum appen-  
dat, inveniat trutinam virtutum ponderibus à Pauli  
parte depresso, & alibi: Paulus, inquit, cum in ter-  
ris esset, ubi seraphim sunt, ibi conversabatur, propius <sup>rom: 58.</sup> in Matth: 18.  
christo assistens, quam hastati, & spadatores isti regi:  
assistent, quippe cum isti aspectum huc illic circumferat,  
ille vero nulla rerum specie motus universam mentis  
aciem ad Regem semper tenderet; ~

## I.V. De Miraculis, & Revelationibus S. Pauli ~

**Textus:** Virtutes que non quaslibet faciebat Deus per manum  
Pauli. <sup>Act: 19. 11.</sup>  
ita ut etiam super languidos deferrantur à corpore ejus siccaria  
et recedebant ab eis languores. <sup>ibid.</sup>  
**Et** spiritus nequam egrediebantur. <sup>(14. 18.)</sup> <sup>ibid.</sup>  
Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor. <sup>1. Cor:</sup>  
Veniam ad visiones, & revelationes Tui. <sup>2. Cor: 12. 1.</sup>  
Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim ( ) raptum  
hujusmodi usque ad tertium celum. <sup>2. Cor: 12. 2.</sup>  
Et audiuit arcana, que non licet homini loqui. <sup>ibid: 1. 4.</sup>  
Ne magnitudo revelationum extolat me, datus est mihi  
stimulus carnis mea. <sup>1. 7.</sup> ~

Quem Deus in tantum selegerat Apostolum, maxi-  
mis quoque illustravit signis, & miraculis, quibus ea,  
quam de caelo acceptam per ordinem diffundebat dochi-  
nam

318. nam solidius in hominum mentibus & cordibus sta-  
biliret: hinc res ipse inanimes, & de se viles, qua  
Paulum contigerant, de corporibus, & langaones quo-  
que, & demones pellebant; addit que S. Chrysostomus,  
Nom: 8. in Ep: ad Rom: Paulum sive umbra non tanquam morbos, agne ac Re-  
trum depulisse, sed etiam mortuos suscitare. Dono in-  
guarum eniit universalis, ac prophetic spiritu cla-  
ruit eminen, ut passim per omnes ejus Epistolias e-  
lucet, sed quot revelationibus a Deo dignatus sit no-  
est dictu facile: unicus ille raphus in terium cœlu,  
quem soli Stuolo, nulli alteri Apostolorum, aut Pro-  
phetarum concessum legimus, licet nullum perhibet  
testimonium ipsius prophetis, & ecclesiasticis. innu-  
mera demum Pauli in vita, & post mortem pro-  
digia referunt Auctores & SS. Patres, qui (sic max-  
ime S. Chrysostomus, qui auream suam ab illo acce-  
pit eloquentiam) non cessant de laudibus Magni  
hujus genitum, & mundi Iohannes Apostoli

Virtutes

que non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli,  
miraculam namque sanctorum multis faciunt adeo-  
rum doctrine confirmationem, vite que commenda-  
tionem: nam ita dicit Ecumenius: Demonstratio quo-  
Apida A lapide  
1. cor: 2. per opera est, & signa, firmior est ea, quae ex ver-  
bis

bis producitur: unde etiam Origenes ad illa verba 319.  
Apostoli: sed in ascensione spiritus & virtutis (1. Cor: 2) di-  
cit: *Hæc verba quid aliquid sibi volant, quam non*  
*satis esse, ut verum sit, & namum ad moverdos animos*  
*hominum, quod dicimus, nisi Doctori Divinitatis concessa*  
*sit vis quædam, & dictis ejus adit gratia cælestis ener-*  
*gia?*

*Ita ut etiam super languidas deferrentur à cor-*  
*pore ejus sudaria. & recedebant ab eis languores;*  
*quaæ est magna Pauli præceptiva, tam facile, & me-*  
*diata corpora curare: quam ilique Apostolicam po-*  
*testatem, ut precipue in animadrum bonum concessa*  
*in spiritualem semper dirigebat medelam; & sane ut*  
*habet S. Basilius: Sæpe morbi velut quædam pecca-*  
*torum flagella sunt, quibus nil aliud agitur, nisi, ut vi-*  
*tam nostram in melius comulemus, maxime cum di-*  
*vina ope, & sanctorum intercessione mirabiliter ab*  
*eis liberamur: hanc ad conversionem miraculorum*  
*efficaciam agnovit S. Chrysostomus in conversione S. in Matth:*  
*Mathei, quem <sup>fuit</sup> Miraculorum jam fama perdomi-*  
*him, appellat*

*Et spiritibus nequam egrediebantur, &*  
*è corporibus, dein ex mentibus: quaæ grata eæ major*  
*debetebatur Paulo, quo fortius ipse à se dæmonem ejus*  
*qua omnes suggestiones expulerat: quia, ut magnus*  
*Mag-*

320. Magni Antonii aiebat Discipulus Pityrion Abbas:

*Quisquis vult exigere dæmones prius in servitatem  
redigat affectiones animi; qualem enim quis supera-  
rit affectionem, ejus quoque expellit dæmonem. Si  
quis ergo gulam superaverit, expellit ejus dæmonem;*

*Gratias*

*ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor,  
quia, & dono linguarum completo predi-  
candi discrehōne donatus est s. Paulus, quem om-  
nis concionator debet imitari se audiēntib⁹ capi-*

*accommōdans, & ut ille scriba doch⁹ proferens dethe-  
sauro suo jam nova, jam vetera: unde dixit s. Gre-*

*p. 3. Pastor. gori⁹: Necesse est, ut predicator (instar Mosis) audiō-  
rib⁹ se adtempereat: alta etenim quaque debent audi-  
entibus contagi, & vix paucis aperiri. Quis putas est*

*Lue: 7. fidelis dispensator, quem constituit dñs super fami-  
liam suam ut det illi in tempore tristici mensuram?  
Per mensuram quippe tristici exprimitur modus verbi,  
ne cum angusto cordi incapabile aliquid tribuietur,  
extra fundatur;*

*Veniam ad visiones, et revelationes  
Domini: harum pluribus fuitum esse Paulum, eas  
que silentio presuisse manifestum est ex eo quod hic  
post pauca addit: Parco autem ne quis me existi-  
met supra id quod videt in me: ibi simul et zelū  
glo-*

*Apost. Palla-  
dien in Sessi.  
aca. c. 74.*

gloriæ Dei aliquas enarrando demonstrat, & humiliatem plures reficendo manifestat: Quam pulchritudine dixit Panco (exclamat hic S. Bernardus) non par Epist. 87.  
citat sibi arrogans, non parcit sibi superbis, & jactatorum suorum, qui vel sibi arrogat quod est, vel mentitur quod non est,

Scio, hominem in Christo,  
ante annos 14. raphum usque ad terrium cœlum: hic  
Apostolus mirum illum innuit pra omniis raphum,  
et quo tanta inferatur Pauli excellentia, deduciturque  
quod & quantis aliis fuerit recreatus divinis revelationibus: quid vero sit raphus disce et definitione Divi  
Thome dicens: Raphus est ab eo quod est secundum 22. q. 178.  
naturam in id quod est supra naturam ex vi super-  
rioris naturæ elevatio: totque Pauli revelationes  
ac visiones signum sint nobis ejus meritorum, &  
Dei vicissim in illum amoris: unde S. Augustinus il- in 21.  
lud Ps. 77. ibi Benjamin in mentis excessu, de S. Pa-  
lo intelligit, qui usque fuit de tribu Benjamin

Et  
audivit arcana, quæ non licet homini loqui, quæ  
que, ut ipse Paulus postea dixit, qualia sunt nec  
in cor hominis ascendit: sed quam inde S. Aposto-  
lus hauserit charitatem. sit contemplatur Spiritus 1. 2. de  
Chrysostomus: Repletis omnibus cœlis, Paulus compre-  
visque

322 usque ad ipsa peruenit cœli fastigia, sed inde su-  
perant omnia, etiam illum qui super cœlum est ae-  
rem transcendit, atque ubi, & quæ ibi sunt spacia  
*s. de Joseph complevit.*, & *s. Ambrosius ait:* *La*  
*vit faciem suam*  
*cap: 10. Ch**ristis ubi baptizatis est Paulus, per quem à pluri-  
bus videtur, ideo in convivio pars ejus quinquuplici-  
ter major effecta est, quod habere superioris ante-  
ferri, non solum mensis prudencia, sed militia cor-  
poris, & gratia castitatis: abndit ad locum Genesis*

43.4.34

*N*e magnitudo revelationum extollat  
me, datus est mihi stimulus carnis mea, : quod  
Deus equidem permisit tum, ut tot signis sublima-  
tum Apostolum in profunda humilitate conlineret;  
tum, & forte maxime, ut nos quacunque gratia, &  
virtute conspicuos, tentationi in hac vita semper sub-  
jectos agnosceremus. *Hic monitor ait S. Hierony-*

*Epist: 29.  
ad Paulum* mus, *Paulo datus est ad premendam superbiam,*  
*uti in curru triumphali triumphanti datur moni-  
tor suggestens: Hominem te esse memento, : & sane*  
*s. de gratia habet S. Augustinus: Fortitudo nostra est infir-*  
*mitatis in veritate cognitio, & in humilitate confessio,*  
*Christi. c. 12.  
ctus in phonem* & iterum *S. Hieronymus: Hæc una, ait, praesens vi-*  
*te perfectio est, ut te imperfectum agnoscas,* *S.*

# I. VI. De S. Pauli laboribus, & Martyrio.

323.

*Textus: Laboro usque ad vincula, quasi male operans. 2. Tim:  
Persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Deus. 2. Tim 3. 11.  
Ter virginis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci. 2. Cor:  
Mihi autem obicitur gloriari nisi in Cruci S. Æt. Galat: 6. 14. 13. 25.  
Tempus revolutionis mea instat. 2. Tim: 4. 6.  
Misericordia eius in carcere meo. Act: 16. 23.  
Bonum certamen certavi, cursum consummavi. 2. Tim: 4. 7.  
Preposita est mihi corona iustitiae. Ibid: 8.*

*Veniamus tandem ad labores, persecutions, & Martyr  
rium S. Pauli, contra quem sapienter creare omnes vi-  
debanhir concitari, ut gloriosior ex tanto certamine eva-  
deret, gratia que confortante omnium victor adversorum.  
sed ill modo nostro hic nulla pánctis referamus libet  
ad litteram transcribere quod apud Cornelium à Sapi- in 2. Tim: 4.  
de reperio de Vita Pauli concinnatum. Hic est, fin- 4. 6.  
quit ordo & cursus peregrinationis S. Pauli. 1º Da- Gal: 1. 17.  
masco in Arabiam profectus est; ex Arabia post trien- 18.  
nium Damascum reversus est, inde abiit Hierosolymā  
ut videret Petrum, Hierosolymis per Cæsaream vent  
Tharsum: inde cum Barnaba Antiochiam, unde ab Ec-  
clesia Hierosolymam missus est, inde Antiochiam, re-  
diens missu spiritu sancti abiit Selenciam, mox in Cy-  
prum. Ab hac per Pamphyliam, Pisidiā, Sycaciam,  
Hierosolymam rursum pervenit: interfuitque 1º Concilio Act: 15.  
Hierosolymitano, unde rursum ab Apostoli missus cum  
Sila;*

324. sīla, & Barnaba peragravit Syriam, & Ciliciam, de-  
inde Phrygiā, Galatiā, & Mysiam, inde venit tro-  
adēm, ubi per visionem vocatis in Macedoniam, Europam  
ingressus pertransiit Bœotiam, Achajam, Epirum. Tan-  
dem rediens Hierosolymam, inde Romanū vincis mis-  
sus est, sed liber dimissus Italiam, Hispaniam, aliaque  
loca peragravit: donec secundo Romānū veniens, cum  
Leotto Simonem Magum superavit ac deiecit: quare  
a Neronē comprehensus, ac profide simili & castitate  
capite plexis gloriōse occubuit eodem die quo S. Pe-  
trus, anno tertia 68. Neronis imperii 18. à sua co-  
versione 34. à Christi Passione 36. ita ex S. Ioan-  
nōt: ad ne Chrysostomo colligitur, de rebus S. Pauli studio  
<sup>Principes</sup>  
Apostolor: sissimo, æque, ac peritisim q. & lassatore, & scripta-  
tore ab ipso veteriū Apostolo illuminato

Laboro usque

ad vincula, quasi male operans: nec enim eum terre-  
bant vincula, & labores, nil horum verebatur; quin  
potius omnia aggrediebatur ut Christum lucrifacere.

<sup>Hom. 92</sup> ubi S. Chrysostomus ait: Vide, non solum vincula, sed  
<sup>in Acta Ap.</sup> etiam quod malefactor habitis amplificavit gloriam.  
vinculorum .. Vinciuntur manus, sed manet liber ani-  
muis, & lingua libera, quam nemo ligare potest nisi  
sola formido, atque infidelitas,

Persecutiones susci-  
ppi,

nui, & ex omnibus eripuit me dominus; Deus enim se 325:  
diligentem nunquam dereliquit, sed in convectu circum-  
venientium illum adest illi, & dat potentiam adversus sap: 10.  
eos qui illum uolum tentant deprimere aut maculare, sed  
quicunque praesent persecutiones laudi à S. Leone: Nunquam ser: 2.  
ocest tribulatio persecutionis, si nunquam desiit uan de quadrag:  
tia pietatis, Magnus honorum labor est, mores tolerare  
contrarios, ait S. Prosper: & S. Augustinus ad illa chris. in sentent.  
ti verba: jugum enim meum suave erit Mundi sarcina, in ps: 59.  
inquit aggrauat te Christi autem sarcina sublevat te;  
illa sarcina pondus habet, Christi sarcina pennas habet.  
Nam & avi, si pennas detrahas, quasi onus tollis, & quo ma-  
gis onus abstulisti eo magis in terra remanescit: rebeat onus,  
& volat. Talis est Christi sarcina,

Ter virgis casus sum,  
semel lapidatus sum, ter naufragium feci, quos &  
alios labores suos refert S. Paulus, ut & virtutem domini  
exaltemus, qua ipse tot & fata superavit, sic que & nos  
in adversis quicunq; libet divinam opem postulemus & spe-  
remus. Si Chrysostomus: Paulus, prædevotionis abnor-  
mantia dolores pro virtute susceptos quodammodo non  
sensit. ovans in omni impugnatione referebat victo-  
riam, verberibus & injuriis affectus triumphabat, &  
alibi: Paulus luctator orbis & pugil, omni lucte ge- in mor:  
nere certat, & vincit. Quia ipsum suum cor, ait  
ait

326. ait S. Gregorius, quod sarcaginem animarum zelo suc-  
Hom: 12. cendere, sarcaginem fecerat Paulus, in quo amore vir-  
in Ezech: tuini contra vita ardebat.

*Nihil autem absit gloriani*  
nisi in Cruce Dñi; id est, in humilitate, laboribus &  
passionibus pro Christo: ubi sic adverbit S. Augustinus:  
*Serm: 20. de veritate Ap: Paterat Apostolis gloriari in sapientia Christi, in maje-*  
tate, in potestate, & verum dicere: sed dixit in cruce: ibi  
Apostolis thesaurum reperit: ubi humilitas ibi maiestas;  
ibi infirmitas, ibi potestas; ubi mors, ibi vita: si vis ad illam  
venire, noli ista contemnere, noli embeccare; ideo in  
fronte tanquam in sede pudoris signum crucis accepisti;  
*Serm: 25. & 26. in Cant: S. Bernardus ait: Nihil siue glorioius punit (Paulus)*  
quam Christi portare approbavit. Grata ignominia  
crucis ei, qui crucifixus ingrauit non est.

*Tempus re-*  
solutionis meae instat, dicebat Discipulo Timotheo;  
mortis sue proxime futura ex revelatione prasciis,  
*in Ps: 31. cuius haec verba, nota S. Augustinus esse exultantis*  
magis ad mortis presentiam, & ad coronam anhelantis;  
quam timentis, & se ipsum crucianis: viri namque  
*s. i. de Orat: probi & Sapientis est, ipso Cicerone teste, cum laude*  
& voluptate mori; & ut ex Platone ait Seneca ad  
*c. 23. Thraciam: Sapientis animus totus in mortem pro-*  
minet, hoc vult, hoc meditatur, hac semper cupidine  
ser.

Miserunt eos in carcere,  
 Paulum scilicet, & Silam, eo quod Philippis ille puer  
 Nam à dæmone liberasset, sed in carcere adgit tezus  
glorificabant deum, ut in cunctis Paulus persecutionibus  
 Crucis amator prestabat, cuius virtus in infirmitate per-  
 Siebatur: ubi S. Ambrosius sic loquitur: Non obiosè Paulus in P. n. s.  
 & Silas crux in carcere, cum in nervo pedes ha-  
 berent, media tamen nocte surgebant mentis vesigio,  
 exorabant Dñum & laudis sacrificium offerabant, id quoque  
 ubi non defecit orationis officium, adjuvit etiam solutionis  
 remedium; subito enim medea nocte terramohis factis et  
 grandis, valvæ aperite, & omnium vincula soluta sunt;

Bonum  
 certamen certavi, cursum consummavi, seu pro fide  
 Christi divulganda plurimis superatis laboribus, &  
 ruminis, & cruciatus, gloriosum martyrum quasi co-  
 roni dem agoni meo imposui. Tunc, ait Terhellianus, in Scripto cap. 15.  
 Paulus civitatis Romanae consequitur nativitatem, cum  
 illuc martyrii renascitur generositate, & S. Chrysostomus Orat. in  
 cum ipso Paulo loquens ait: Quis locus huic, Panle, Principes Ap.  
 sanguinem exceptit, qui lacræ apparet in ejus ueste, qui  
 te perturbit: qui quidem sanguis barbaricum illius animalium  
 reddens melle dulciorem, ut ipse una cum sociis ad fidem  
 traduceretur, ita effectus, & merito lacris candor in ejus s Ago-


328. Agone effulsit, qui etiam pro castitate patiebatur, quia  
nempe Neronis peccatum & vera fidei sacramenta suscep-  
re, & nefandi incestus blandimenta declinare persuaserat,  
et advermunt idem refert S. Doctor

vitis operat vita  
Menastice.

Reposita est mihi corona iustitiae,

hac fruuiit nunc S. Paulus copiosissima, fulgentissima,  
eminensissima, quam iustitiae coronam dicit, tum refe-  
xe ex prehabita Divina promissione, tum ut eam ip-  
sius tantis meritis omnino proportionaliter arquans:

Nom: 8. de  
Laud: Pauli.  
Magnus autem Chrysostomus postquam Paulum Pa-  
triarchis, Prophétis, ipsisque Angelis comparavit, sic  
concludit: Eadem si Angelorum, etiam si iustorum homi-  
nūm circum volem choros, non invenio comparationē,  
cui non cumulo meritorum Paulus occurrit; tali-  
bus meritis qua gloria, quae corona respondeat ex  
piissimæ Divini remuneratoris magnificencie quis no-  
stupebit? Tantum ergo & in terris & in celis tam glo-  
rissimum veneremur Apostolum devote postulantes ut  
hic donet suas pro posse imitari virtutes, ut post hac  
tante ejus gloriæ mereamur esse participes



Cap:

# Capit VIII.

## S. Maria Magdalena

Post Apostolos benè succedit Magdalena, historia, quæ & illis in Christo sequendo fuit, socia, & in eodem amando non minus servida: ejus culpoæ anteriores erunt nobis in cautelam; conversio ad normam, vita ad regulam: ipsa nobis lumen oblineat ad inquirendam in his, simul que invenienda, quæ ad nostrarum magis condicant profechum animarum.

### I. Magdalena Conversio

**Textus:** Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, <sup>luc:</sup>  
ut cognovit quid accubuerat in domo Pharisæi, <sup>c. 7.</sup>  
Et stans retro secus pedes ejus,  
lacrymis cepit rigare pedes ejus, <sup>ibidem</sup>  
Et capillis capillis sui tempebat, <sup>11.38.</sup>  
Et osculabatur pedes ejus, & unquento ungebatur.

Maria, ab ortu in castello Magdali Magdalena cog-  
nominata, patrem habuit, ex senectu S. Antonini, <sup>vel habitante</sup>  
matrem Eucarijam, fratres Lazarum, & Martham,  
cum autem illi parenibus vita fuisse configisset in  
bonorum partem dictum castellum Magdalam in  
Gali-

380 Galilæa, insæ libertate abusens nobilitate, formositate ac divinitis, habendas vanitati laxavit ac turpitudini magno civitatis (uerius Nam) scandalo meretrice effecta est, non quidem omnibus plebeis exposita sed quæ plures privatos nobiles habebat amasios, & accessus. Hæc ergo peccatrix sua jam intus detestans delicta, cum novisset Christum in domo Sharizai invitatum, huc edvolavit & ad pedes salvatoris accumulentis provoluta doloris & amoris proclama dedit indicia, solis lachrymis & penitentia nutibus ad corda scrutantem locuta, atque cæteris adstantibus veræ penitentia exemplum presentata quæ prius apud omnes infamis, et peccatrix erat cognita. Nota, de hac unica Magdalena esse intelligentia, quæ apud s. Evangelistas De Muliere Christum unguentem dicuntur, frustra enim aliqui singulis plures ubi communis Ecclesie, & Patrum sensus (apud à Lapide hic) omnia tribuit huius unius Marie Magdalene.

Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, aptè in limine uicitur verbo, seu demonstrativa particula Ecce: hoc est attendite ad sequentia, fructum ex dicendis percipite: bene

bene istidem, quia erat luxuriosa, dicitur absolute.<sup>331.</sup>  
peccatrix, gloria, ut magnus Basilius ait: Qui sibi ac-  
cessit flagitium prostatice puidicitiæ, hic est qui affractit  
peccatum quasi finiculo longo. Cur hic nomen Magda-  
lenæ baceatur, audi à S. Antonio Patavino: Non po-  
ser: in N. V.  
nihi sit hoc nomen, inquit, quia peccatores, quantumdiu  
sunt in peccato, de libro Domini sunt deseti; <sup>per Thoma Pas:</sup>

ut cognovit, quod accubuisse et in domo pharisei: cognovit fa-  
ma, sed magis occulta S. Spiritus inspiratio, cuius  
mōtione excitata se in ipsum non invitata convivium  
intrusit; & ut ait S. Augustinus, irruperat mulier in <sup>332.</sup>ibid.  
in habitaculum alienum, sed non accesserat ad Deum  
alienum. & S. Gregorius: Quia, inquit, haec mulier <sup>333.</sup>in Evangelio  
pihidinis sue maculas aspexit, lavanda ad fontem mi-  
sericordiae cucurrit; convivantes non erubuit, nam quia  
semelipsam graviter erubescet in aliis, nisi ille esse credidit,  
quod verocundaretur foris. & adverte cum Cesario <sup>334.</sup>  
a relatiensi: Nec ipsa, ait, se reservavit, ut in fine vite  
penitentiam ageret, sed dum adhuc poterat peccare sic  
voluit peccata deserere, ut illam de adulteriis suis non  
impossibilitas substraheret, sed voluntas, <sup>Et stans retrò</sup>  
secus pedes ejus, sy <sup>Et stans pro</sup> existens latè sumimus;  
veritas

332. verius namque credeatur, Magdalena, alias corpore  
& statu procerum, sequentia pietatis officia praestitisse,  
inclinata m. imo & genuflexa m. s. Petrus Chrysologus:  
ser: 93. Venit mulier, inquit, & venit retro, quia reus animus  
post tergum stat ad veniam, quia per culpam novit  
se vultus fiduciam perdidisse. Sed cur taceat? audi ab  
de patre: Ambrosio: Crimina sua non verbis visa est exposuisse,  
c. 17. sed lachrymis, cuius cum orando tacuerit lingua, peni-  
tentiae officio confessa est conscientia, & s. Augustinus  
Hom: 23. ait: Accessit non ad caput Domini, sed ad pedes, quia que-  
inter sc. diu male ambulaverat, vestigia recta quarebat,

Lacry-  
mis cepit rigare pedes ejus: tot namque ex ejus oculis  
fluebant contritionis lachrymæ ut pedibus Christi suffe-  
serint ablwendis. Purgatur lachrymis, ait s. Bernardus,  
ser: de con- versione ad clericos. oculus ante caligans, & acutus visus, ut intendere pos-  
sit in serenissimi luminis claritatem, ubi Amorosius ex-  
clamat: Bonæ lachrymæ, in quibus est redemptio pecca-  
torum. Audi modo s. Gregorium: Cujus vel saxeum  
L. 6. in Luc. peccatis ille huius peccatitatis lachrimæ ad exemplum  
Hom: 33. in Evang. penitendi non emoliantur consideravit namque quid  
fecit, & noluit moderari quid faceret. Quod sibi turpi-  
ter exhibuerat, hoc jam Deo laudabiliter offerebat: oculi  
terrena concupierat, sed hos jam per penitentiam con-  
terens, flebat,

Et capilliis  
ca-

capitis sui tergebat: per quod declarabat, quanti Onus-<sup>533.</sup>  
scum faciebat ad cuius pedes, suos capillos, ipsu[m]que  
caput suum submittebat, & ab his unde prius venabatur  
perditionem ab iis ipsis nunc venabatur salutem. unde  
Chrysologus ait: Peccatoris caput purgandis crinitus restitu-<sup>Ser: 93.</sup>  
bat uirga, ut suo sancte mulier in novum baptisme suorum  
dilueret illuviam peccatorum, ut iuxta Psalmistam Verbi-<sup>9:67. 22.</sup>  
cem capilli, ex quo ambulaverat in delictis suis, in sancti-  
tatem tali verteret servitute, & ut S. Cyprianus habet: <sup>Tract: de</sup>  
<sup>Abuſione pedis</sup> via est capillis pro linteo, oculis pro calino, lachrymis pro  
baptismo.. nihil sibi dese refinens totam se Christo devo-  
vit, ~

Et osculabatur pedes ejus, & unguento ungebatur de  
solis Domini pedibus nunc sollicita, quæ p[re]te pudore  
reverentia, & contritione, nec oculos ultra ausa est eleva-  
re: ubi S. Gregorius dicit: Ore superba dixerat, sed pedes <sup>Hom: 33.</sup>  
in Ewang:  
Dñi oscular[us] hoc in Redemptoris sui vestigia, fidebat: quot  
ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inventi holocausta,  
& S. Ambrosius ad illa Christi verba: Noli me tangere <sup>io: 20. 17.</sup>  
dicit: Non igitur tangi Dñus fastidit à semina, cuius  
& Maria pedes unxit unguento; nec factum designatur,  
sed profectum docet. Qui vult Christum tangere sine mem-  
bra mortificet, & resurrechiro similis inducat viscera mise-  
ricordie, & non ambigat renuntiare terrenis, ~

334. §. II. Magdalena à Christo absol-  
vitur

**Textus:** Dixit simoni: vides hanc mulierem? intravi in domum tuam, aquam p[ro]libus meis non deditis: Hæc autem lachrymis rigavit pedes meos. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mulham. *N.* 45. Fides tua te salvam fecit; vade in pace. *N.* 50.

*Intraui in domum tuam, aquam p[ro]libus meis non deditis:* Lucæ cap: 7.  
v. 44.

Videns Phariseus, apud quem Jesus recumbebat, quod hic se tangere, & reliquis obsequiis ministari sineret ab illa, quam omnes sciebant peccatricem, suo modo scandalizatus intrase murmurabat de Salvatore, qui ejus callens interna eum pacifice redarguit, & malitiosis obsequiis illius ministeriis præhilit, eam que grato simul & misericordi affectu apud eum, ceterosque adstantes laudavit, ac propter intensum, quem ipsa exteris monstraverat ex amore dolorem, quem interioris noverat Dominus, ei remissa asseruit multa, hoc est omnia, que prius commiserat peccata, de quo admirabundi convivæ obloquebantur. Demum que Christus ad ipsam Magdalenam conversus claram illi peccatorum remissionem confitit, plenariam ve eorum omnium indulgentiam, quam ipsa fide plena quasitum venerat, & sincera atque int-

intensa cordis contritione promeruerat: sic que inter.<sup>335.</sup>  
na pace restituta, quæ non datur impiis, Christum Do-  
minum amanter, & constanter est insecuta, ut in de-  
cursu videbimus.

Dixit simoni: Vides hanc mulie-  
rem?, non frustra sane dñs Simonem interrogat, an  
videat mulierem, cuius etsi peccatis fletum habebat  
exterius perspectum, eñs jam penitentis non attendebat  
affectionem: quia hasi Christis Schariso dixisset, ait Carthusia-  
nus: Attende feminam istam valde notabilem, cuius  
gesta sunt consideratione dignissima: ubi S. Augustinus ser. 20. de  
adverbit, quomodo Maria pro se non respondit: Maria verbo dñi.  
inquit, nec in respondendo voluit laborare, si enim pa-  
raret respondendi sermonem, remitteret audiendi inten-  
tionem: respondit ergo Dominus: intravi domum tuam,  
quam pedibus meis non dedisti: sic nobis Deus in ju-  
dicio exprobrabit ~~dapis~~ duritatem, & ingratitudinem  
nostram, opponens honores, & beneficia, quibus noscu-  
mulavit, & pro quibus vel minima ei obsequia repen-  
dere renuiimus: bene hic Titus Bostrensis adnotat: Apud A  
qua facili negotio parari potest, sed tanta lachry-  
marium profusio parati mihi mè facilis est. Sed vero  
ut ait Guerricus Abbas: Suchis piis atque religiosus ser. 2. de  
in doctrina spiritus, & in ordine primus, & utilissime inve-  
nihi

336. *natur precipius, quia ex Magno Gregorio: Holo-*  
*caustum siccum est, bonum opis, quod orationis lachry-*  
*ma non infundunt; holocaustum vero pinguis est;*  
*quando hoc quod bene agitur, corde humili etiam per*  
*lachrymas irrigatur: quare recte Petrus Cellensis ex-*  
*sio: de Peccatis clamat: O! lachryma humili, tua est potentia tuum*  
*c. 12. est regnum, tribunal iudicis non vereris,*

*Hac autem la-*  
*chrimis rigavit rigavit pedes meos: ut quivis in noxi-*  
*tiam ambris Thaumadenoce devenire posset, hoc unicus*  
*audire sufficit, quod idem ille, qui charitas est, de ipsa*  
*ser: 1. do contestetur. Drogo Episcopus Ostiensis de illa sic ait:*  
*Passione.* *Ad lavanda sui Domini vestigia, non alias quam oculo-*  
*rum suorum undas attulit, capillis suis pro linteis*  
*usa est, tum vero ubi affectus vehementer incanduit &*  
*uberavit, carbo lachrymarum imbre respersus foribus*  
*exarsit. S. Bonaventura ad illud: Non cessavit oscu-*  
*larri pedes meos, ait: in quo signatur fervens dilectio*  
*& permanens; ideo non cessabat ab osculo, quia non*  
*cessabat ab interiori desiderio; S. Ambrosius: Non*  
*unum osculum querit, sed plura, inquit, ut desiderium*  
*suum possit explere, qui enim diligit non est unius os-*  
*culi parvitate contentus, sed plura exigit, plura vendicat,*  
*tunhir ei peccata multa, & quia multa fuerant, ideo*  
*de*

de Magdalena septem demonia exiisse dicuntur; quae <sup>line: 8.2</sup>  
& septem capitalia vita possunt intelligi, vel ut alii ad  
litteram intelligunt septem spiritus malignos quiib[us] prop- <sup>A. Scipide</sup>  
ter scelera nostra fierat, sed quidquid sit de eo, hic ter-  
to venit admiranda benignitas Salvatoris, in peccatis qua-  
rumvis plurimis condonandois, sic que peccatores ad fida-  
ciam excitantibus; ubi pulchre adhortatur Origenes dicens <sup>Homil. de</sup>  
*Sequamur huius mulieris affectum, ut perveniamus ad* <sup>S. Magdalen.</sup>  
*effectum: plorat unusquisque ad Iesum, & querat fideliter*  
*Iesum, quia non celavit se querenti peccatrici. Disce pecca-*  
*tor homo, disce a peccatrice misere, cui tanta dimissio sunt*  
*peccata sua; diste à Maria Iesum amare, in Iesum spe-*  
*reare, & querendo Iesum investigare, nullam extra Iesum*  
*consolationem accipere,*

Quoniam dilexit mulierum: hoc  
*mēdium polentissimum remissionis, ac indulgentiae conse-*  
*quendae: Hinc B. Laurentius Iustinianus dicit: Quamuisser: de S.*  
*lachrymis Dñi rigaverit pedes, crine fesserit, frequenter*  
*osculata fuerit, minime tamen pro his meruit indulgentia,*  
*sed pro dilectione tantum: & huius remissionis effectum*  
*audi à Chrysologo: Conspicimus eam non solum carnis* <sup>ser. 94.</sup>  
*se peccatis, sed ad totum sanctitatis veritatem pervenisse*  
*charitas namque ex Augustino mors est criminum, via* <sup>Tract. de</sup>  
*virtutum, & S. Gregorius ait: Tanto amplius peccati* <sup>Laud. charitatis</sup>  
*ruōigo consumetur, quanto peccatoris cor magno cha-*  
*ritatis* <sup>Hom. 33.</sup>

ritulis igne concrematur

Fides tua te salvam fecit,  
 fides, qna christum Deum esse credidit, & remunerato-  
 rem, fides qua omnium illico exercuit, ac probavit exem-  
 pla virtutum: hæc fides salutem tibi promeruit, hec tot  
 peccatorum remissionis tanpe que gratiae radix fuit in-  
 Ser: 46. in crementi: unde S. Bernardinus senensis ait: Firmissi-  
 Fere v. post  
 unicam R. mun cor candidum per proprium innocens vite va-  
 riis coloribus intertinctum, propter dolentem memoria  
 preteritarum culparum, valuit ad victoriam obtinendam  
 de carne, diabolo, & que mundo, & in eo ad Christum  
 admirabilis amicitia generata, & conservata est: &  
 quas Magdalena ad Christi pedes exercuerit virtutes  
 sum: de ea audi à S. Laurentio Justiniano: Maxima perfectio  
 fuit hujus mulieris fides, vehementis amor, vera compunc-  
 tio, humilitas sancta, manifesta cognitio, perseveran-  
 tia constans, obedientia velox

Vade in pace, seu, cum  
 pace, cui restituta es, ex quo ab impietate recessisti, &  
 ab omni te iniquitate absolvi; hec pax implet conscientiam  
 à peccatis purgatum: unde dicebat Apostolus: jus-  
 Rom. m. tifici ex fide patem habeamus ad Deum: Pulchre hic  
 sum: de S. Bernardinus dixit: Est gaudium continua sibi iucu-  
 s. Magdalene ditate, firmissimum, quod perfectus animis de secura  
 sibi

sibi conscientia pollicetur: mens enim ab hujus mundi aspergine pure, pretiosa que detersa, & in divina contemplationis acumen totem desiderii sui figens affectum, gaudens gaudent in Dño, & exultat anima sua in Deo salutari suo, in pace in id ipsum dormiens requiescit.

### S. III. S. Magdalena Christum praedcantem assidua insequitur.

*Textus:* Maria, quae vocatur Magdalene! ex alia multa, quae ministrabant ei de facultatis suis. *Suc: 8. v. 3.*

Maria, quae etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. *Suc: 10. v. 39.*

Soror mea reliquit me solam ministrare: dic ergo illi, ut me adjuvet. *N. 40.*

Maria optimam partem elegit, quae non aufereretur ab ea. *N. 41.*

Maria ergo, & propprie amarum mare, quae in Diximus appellata est Magdalene à castello Galilæe dicto Magdalum, quod sicutum erat inixa Bethzaidam, & Capharnaum, ubi Christus Dñus habitabat, & docebat, postquam à Christo spiritualiter sanata est, ejus amore saucia, & gratitudinis affectu impulsa constanter eum cum Apostolis, & piis aliis feminis sequebatur, suasque facultates iis ministrandis, & alesidis insumebat, cum ergo quadam vice Jesus per vicos predicationis causa declinans, intrasset in Bethaniam oppidum, ubi Martha & Maria sorores Domum habebant, hic Dñus benignè permisit se excipi, seu hospitari;

340. pitari; Martha autem sollicite prandium parante,  
Maria pedibus Christi contemplativa adstiterat: unde  
Martha apud Dñm conquesta sororem otiositatis &  
desidiae arguebat; verum Salvator; quæ jam pridem  
apud Pharisæum Mariam defendera<sup>t</sup>; ejusq[ue] opera  
cum prælacione laudaverat; hic quoque Martha solli-  
citudinem non damnans; sacram Marie quietem  
longè præhulit; ut pote nullis hirbationib[us] obnoxia  
& omni ex parte ad unicum salvandæ animæ nego-  
tium tendentem.

Maria, quæ vocatur Magdalene,  
... & aliae multæ, quæ ministrabant ei de facultatiis  
suis; quam bene suas opes inhibebat Maria Christi  
prædicantis sustentationi temporali; à cuius verbis est  
spiritualiter alenda & confortanda: nam ut expendit  
*S. Hieronimus: Si carnæles divitiæ quæ labuntur; non  
bene dispensabis, veras, æternas quæ divitiæ doctrinae  
Dei quis credet vobis? & quidem Dñs pro nobis pauper  
per sponte factus, hoc in prædicatione obsequium amar-  
ter admisit, ne damnamus nunc qui prædicando  
congrua sustentationi necessaria à fidelibus reci-  
piunt: unde ait S. Chrysostomus: Accipiant præ-  
dicatores sustentationem à populo, mercedem à  
Deo;*

Maria

Maria, quæ etiam sedens securus pedes Domini. <sup>ly</sup> 341.  
etiam forte ponitur pro de more: Magdalena enim pe-  
des Christi Ihesi, ut præcepit locum indulgeniæ & impri-  
mis reverebatur, & diligebat: ut inquit Cassianus Dicari: <sup>lvi. 9.</sup>  
Dominicos pedes illico recognovit, ad quos admota mul-  
torum peccatorum remissionem accepit: ex quo in-  
amore facta ferventior, semper illos animo, & sibi cor-  
poris repetebat: & S. Augustinus ait: Quanto autem <sup>ser. 37. de</sup>  
humilitatis sedebat, tanto amplius capiebat: confuit eni-  
aqua ad humilitatem cotuallis, denatal de tumoribus  
collis, & quidem ex illo Deuteronomii: Qui appropi- <sup>c. 33. v. 3.</sup>  
quant pedibus ejus, accipient de doctrina illius,

Audie-  
bat verbum illius: pastum cordis sui sugebat, & dulcedi-  
nem in Christi verbis adeo anxia capiebat, ut reliqua  
omnia negligenda putaret: fiebatque tunc speculu-  
vitæ contemplativæ, quam Deo adherere cupientes tot  
Sancti sunt amplexati; sed & ipsa simul activam exer-  
cere parata audiebat quæ sibi agere præciperentur à  
Domino, ut prompta exequeretur obedientib: atque  
in hoc sensu intelligit S. Bernardus, dictum postea de <sup>ser. 3. de</sup>  
Maria, quod optimam elegerit partem: sic enim auctor <sup>Anump:</sup>  
Mellifluus: Unum arbitror è duobus, ut aut de elec-  
tione Mariae iudetur, quod pars ipsa quantum nobis est, sit om-  
nibus eligenda; aut certe, ut neutrum dicatur defuisse, nec in  
par-

342. partem quamlibet precipitare sententiam, sed ad obedien-  
tiam preceptoris ad arbitriumlibet sit parata. Quis enim sicut  
David fidelis ingrediens & egrediens ad imperium regis:  
Denique paratum, inquit, cor meum, non semel, sed & 20.  
& vadere tibi, & proximis ministrare: hæc enim pars op-  
tima, quæ non auferetur,

Soror mea reliquit me solam  
ministrare, quia prius <sup>ser. e. 20.</sup> <sup>annunt.</sup> <sup>Dñi</sup> placitum inquirebat Maria  
ne, ut Martha turbaretur in pluribus, sed <sup>vni</sup> necessa-  
rio vacaret. Advertendum est, ait s. Bernardus de latio-  
nem quandam, & honoris obsequium circa Dñm, quod  
scilicet ipso presente non sit ansa Martha vocare Ma-  
riam, quinimo & apud ipsum querelam deposuerit, ipsum  
que Dñm vocaverit, in cuius potestate sit imperdere so-  
rori, quidquid necesse fuerit; & Petrus Blesensis, Eccl  
Christi, inquit, commendoavit omnem Mariæ, non tamen  
ei displicuit occupatio Marthæ, sed gratias accepit  
Dñs plerumque peccatoris penitentiam humili, &  
confiti, quam innocentiam justi remissi;

Die ergo  
illi ut me adjuvet: instat Martha, ut Dñs sororem  
de quieta illa contemplatione, ad actionem secum in-  
ducat, ignorans utique hinc mysterium illius quiehis  
& siue actionis; hanc Christis non improbat, illam  
present

prefert, ut tranquile simile in uno approbat, & injun- 343.  
git: hinc S. Gregorius dicit: Actionis quidem servorum hunc  
recte disponiatur, cum sic insistimus operi, ut tranquillo <sup>lib. 8. in</sup>  
corde cum, cui opera nostra consecrari nihil mir, videamus,  
& s. Bernardus: Bonum, inquit, acquirit gradum, qui <sup>lib. 3. Reg. c. 4.</sup>  
bene ministraverit, forte meliorem, qui bene vacaverit <sup>er. 5. de</sup>  
Deo; optimum autem, qui perfectus est in utraque, <sup>Anump.</sup>

Maria  
optimam partem elegit, quia mihi adherere elegit, quia  
verba mea audiire, & exequi praelegit, quia in necessitatibus  
displacientia, & mei amore tota extarsit, sed audiamus su-  
per hoc Richardum à S. Victore dicentem: Optimam par- <sup>in Cant.</sup>  
tem elegit Magdalena, quae graham exercet contempla-  
tionis, & tamen occupatur in parte sororis, ut etiam acti-  
væ vite præmio coronetur: Martha in uno loco corpore  
laborabat circa aliqua; Maria in multis locis charitate  
circa multa: in Dei enim contemplatione, & amore videt  
omnia, dilataatur ad omnia, comprehendit, & complectitur  
omnia; & concludit: Valde ergo hoc unum est necessa-  
rium, & merito præferendum, in quo, & Deo per amorem  
anima inharet, & omnibus charitatem, & sollicitudinem  
exhibet.

Quæ non auferatur ab ea: quia pars quam  
elegit actus omnes & affectus sunt æternæ vite meritorij, ut  
potest directe & proxime in Deum ipsum tendentes, & pure  
ad

344. ab ejus amore provenientes: Mariæ siquidem ciebat  
S. Macharius, quæ illum diligebat, & secedebat ad pedes e-  
jus, non simpliciter adhaesit Deus, sed virtutem quandam  
secretam ē sua ipsius substancia contulit ei; nam sermo-  
nes, quibus Deus quiete Mariam alloquebatur, spiritus erat  
& virtus quedam penetrabat que cor hujusmodi verecunda cres-  
cebat que Divina virtus illa, in quemcumque se effuderit  
firma permanet tanquam possessio, quæ auctoritati non po-  
test. & S. Augustinus hic tit: qd. A te, o Martha, quod  
elegisti auferetur, ut quod melius est, dehinc: auferetur enim  
a te labor, ut requies defur. Tu navigas, illa in portu est.  
A Martha convivium domino parabatur, in cuius convi-  
vio Maria jam incundabatur. transit labor multitudi-  
nis, & remaneat charitas unitatis,

#### S. IV. S. Magdalena in Passione, & Morte Dominii

*Textus: Quod habuit haec fecit prævenire corpus meum in  
sepulturam.* Marci 14. v. 8.

Diligebat autem Iesus Martham, & sororem ejus Mariam, & La-  
zarum. Jo. 11. 5.

Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Iesus. Ione: 12. 1.

Stabant autem iuxta crucem Iesu Mater ejus ... & Maria magdale-  
ne. Jo. 20. 25.

Maria autem Magdalene & Maria Iacob, & Salome emerunt  
aromata, ut venientes ungerent Iesum. Mat. 26. 1.

Stabat dū monumentum foris plorans. joas: 20. 11.

Sex ante Passionem diebus venit Iesus Belhanum  
monitus de morte Lazarri fratris Marthæ & Marie,  
quas tot alias amoris indicis fuerat prævectus: hinc  
Ma-

Mariam videns defunctum deplorantem, & ipse <sup>la-</sup><sup>345.</sup> chrymatus est; jamque fatentem Lazarum ad vitam verbo revocavit ingenti stupente multitudine, & inde veram fidem amplectente: nix ~~et~~ convivio accumbenteris Domini pedes, & caput vnxit de more penitens Maria, etiam & Iesus ~~atuo~~ à iudaica quoque defecit columnia, & universo propagosuit mundo laudandam & imitandam. cum vero Dominus cruentam pro nobis passionem sustineret, ipsa Discipulis fugientibus non recessit, sed usque in montem insecula crucifixi pedibus constanter adhaesit, demorata corpus mina devotione perduxit, ac sepulchrum ingenti pietate defecit, & qua proximitate comitata est.

Quod habuit haec fecit, id est, quod in corde habebat, exhibuit in opere, non multis usa verbis, dilectionem sua Maria, comprobabat factis, digna, ut hic etiam ubi alias ab ipso commendaretur Deo, & omnibus, sed maxime peccatoribus, prononceretur imitanda, cum, ut ait s. Gregorius, Quot in se habuit oblectamenta, tot <sup>in Evangel.</sup> de se invenit holocausta, ut totum serviret Deo in penitentia, quidquid ex se scum contempserat in culpa.

Prævenit ungere corpus meum in sepulturam,  
timens

346. timens, ne ad sepulchrum accedere prohiberetur a  
judaicis, hoc praemisit pietatis officium cum posuit: in  
Ser. de S. Magdal. de exclamat S. Bernardus: Felix, quae unxit pedes  
Iesu, felicior eadem, quae unxit caput Auctoris; fe-  
licissima, quae rorem unguentarium toti corpori  
Christi preparavit. itenque quasi hoc ultimum  
Ser. 10. explicans ait: Unius petiolaris conversione fragra-  
in Cant. cum respargitur Ecclesia, & multis sit odor vite ad-  
vitam,

Diligebat autem Iesus Mariam, & sororem  
eius Mariam, & Lazarum; in Martha Actuosa,  
in Maria contemplativa, in Lazaro peccatores &  
infirmos diligebat Iesus; & ut Maria majoris semper  
signa prebedat amoris, sic & Iesus tenerioris re-  
Hom. de trionebat indicia dilectionis: Quia, teste Origene,  
Magd. fortis est ut mors dilectio: quid autem aliud saceret  
mors in Maria? facta erat exanimis, facta insensi-  
bilis.. neque ibi erat, ubi erat, quia tota ibi erat,  
ubi magister erat: & ideo eam sic redamabat Do-  
Ser. 93. minus, qui ex Chrysologo, delinquentium gemitis  
esurit, sicut lachrymas peccatorum,

Lazarus fuerat  
morphus, quem suscitatavit Iesus, Mariae intercessio-  
ne molitus, ut nobis Ecclesia proponit in Oratione  
offi-

Officii ipsius, cuiusunque cum Christo regnantis 347.  
Mediatio quam efficax credenda est, cum in terra  
viventis deprecatione tantum ab eodem miraculum  
impehaverit: ubi notat S. Bernardus Domini erga ser. de  
Mariam prompte retribuentis affectum, cum ait: Hag-  
nani pro rursus misericordiam magna misericordia ditauit &  
adstergit & hoc quidem festinanter, quia sine illo inter-  
vallo conjunguntur & lacryme peccataricis, & misericor-  
dia Salvatoris: discantis sincere Christum querere,  
& illico miserantibus affectum non tardabit exhibere.

Stabat

juxta Crucem Iesu .. & Maria Magdalene, que qui-  
dem non ut aliae mulieres stabant erecta, sed ad Cruci-  
fixi pedes persistebat devoluta, illos, ut alias oscu-  
labatur lachrymis rigabat, tergebat capillis; et si  
enim a supremo iudice veniam accepemus delictorum  
plenissimam iteratae contritionis exemplis nosunque  
commemorat, ut de propitiato peccato nunguam sumus  
sine mehi; queque lascivis olim delectabatur ample-  
xibus a purissimis non cessabat sacerorum pedum  
osculis: hos ergo ut illa, illum osculemur, quem os-  
culari castitas est, illi copulemur, cui nuptiis virginis  
nitas est, ut pie S. Paulinus —

Epist: 4:  
ad sever:

Maria autem Magdalene, & Maria iacobi, & Sa-  
lome emerunt aromata, ut venientes ungerent jesū,  
jam usque defunctum, quem Magdalena, & pīis defle-  
bat lachrymis, & religionis semper prsequebatur ob-  
sequiis: hinc Chrysologus Quod facit haec mulier, in-  
quit, non est mollis & carnalis obsequii, sed plene hu-  
manitatis est sacramentum: ad imitationem adhorta-

in Rego  
S. Magno:  
tur S. Bernardus dicens: Pedes ungimus Salvatoris  
cum de peccatis compungimur, caput, cum de collatis  
virtutibus virtutum largiori gratias cumulumus,

Ser: 10. Qui & alibi sic habet: Ecce hoc est unum unguen-  
tum, quo anima peccatoris sue conversionis primor-  
dia condire debet: primum namque sacrificium spi-  
ritus contribulatus, sed ehen, ut belle exclamat S.

Annd  
Lobbeatum. Bonaventura. Quis hodie sic amat regnante in  
celo, sicut Maria illa amabat in sepulchro jacentem?  
frigida supra nivem sunt corda nostra, frigida ver-  
ba, frigida sunt opera,

Stabat ad monumentū  
foris plorans, nempe Christi mortem, & creditam-  
joan: 20. sublationem, ubi Hugo Cardinalis ait ex S. Aug.  
viris recedentibus, inferiorem sexum forhor fierebat,  
affectus, hinc semper constans dominum querit de sub-  
la-

to interrogat, a missum inquirit, illâ amoris vi im<sup>349.</sup>  
pulsa, qmæ ex Gregorio intentionem multiplicat in Apud scilicet:  
quid istonjs. sed qm̄is hodie illius exemplo Christum.  
sollicite querit? Perdit homo bovem (prosequitur S.  
Doctor) & sollicite eum querit; perdit equum, & non  
quiescit; perdit ovem, & post eam vadit; perdit asinum,  
& querit; perdit homo pacando Christum, & quiescit,  
dormit, bibit, comedit, & non querit: non ita Magdale-  
na, quæ sic apud Origenem sentit & loquitur. Quarto Homil: de  
Creatorem, & ideo mihi gravis ad videntium omnis crea- Magdal:  
tura. Non quero Angelos, sed eum qui me fecit, & Ange-  
los. Tulerunt dñm meum, ipsum solum queram,  
ipse solus me potest consolari, —

### S. V. S. Magdalena in Christi Dñi Re- surrectione, & Ascensione

**Textus:** Dum ergo fleret inclinavit se, & prospexit in monum mentum  
& vidit duos Angelos. joan: 20. 12.  
Conversa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non scie-  
bat, quia Iesus esset. ibid:  
Sicut ei Iesus: noli me tangere, nondum enim ascendi ad  
Patrem meum. ibi  
Veni, Maria Magdalene annuntians discipulis: quia vidi Do-  
minum, & haec dixit mibi. ibi —  
Ecce mihi testes.. usque ad ultimum terra } Actorum  
Videntibus Mis alephah est } cap: 1.  
Magdalena demum, ut potuit Dñico sepulchro  
ap-

350. appropinquavit, et ut vidit inde abesse sacrum  
corpus, sublatum credidit & ita illico discipulis  
nunquam havit, quicquidque quibus veritatis conscientia, sed abe-  
untibus ipsa non recessit, sed sola constanter per-  
ditum deflens oculis & affectibus inquirebat, sibi ap-  
parentes Angelos de ipsa interrogat, donec tan-  
ta perseverantiae primum accepit cumulationem,  
cum ipse Jesus redivivus se illi soli antequam ca-  
teris discipulis manifestavit, ut que ea ipsis suā  
annuntiaret resurrectionem præcepit. Atque huic  
usque quod de Maria Magdalena habemus ex  
*In vita S. Evangelio:* verum, ut beata Ribadenevra hic  
dedit, pro indubitate habendum, quod illa quo-  
que cum discipulis astiterit Dominicæ Ascensio-  
ni, moxque cum iisdem S. Spiritu repleta fue-  
rit: ac dein usque ad persecutionem Ierosolymis  
exortam Deiparæ comes astiterit, & loca sacra  
iugiter ferventis pietate visitaverit.

Dum ergo  
fleret inclinavit se, & prospexit in monumentū  
jam viderat ibi non esse Dñm, & tamen inquisi-  
tionem multiplicat, atque ad id se inclinans me-  
diū notis aptissimum edocet perditæ gratiæ re-  
cupe

cuperande humilitatem, iuxta illud Ecclesiastici 354.  
effatum: Humilia te in omnibus, & conam Deo inve- <sup>Ecclesiastes 3:23.</sup>  
nies gratiam, ubi nota tō invenies quod supponit  
inquisitionem: quasi diceret: Quere Deum te humiliā-  
do, & in ima inclinando, & Deum ipsum tibi presen-  
tem facies, ejusque amissam recuperabis gratiam: hic  
per Prophetam Deus vixit: Ad quem respiciam, ni- <sup>sic: 68.</sup>  
si ad pauperulum, & humilem, & trementem sermo-  
nes meos,<sup>2</sup>

Et vidit duos Angelos, advenientis conso-  
lationis prenuntios: non enim poterat chiam Angelō-  
rum praesentia salvari, qua Angelorum Dño cupie-  
bat copulari: unde et se a loquacib[us] solum indirecte  
respondet, & ut Origenes eam inducit, dicebat: Onero- <sup>Homilie Magistral.</sup>  
si mihi sunt omnes consolatores, gravant me, & non  
consolantur. Tulerunt dñm meum, ipsum solum que-  
ram, ipse solus me potest consolari. Nimirum fothis  
est ut mors dilectio: Quid enim (inquit idem) aliud far-  
ceret mors in Maria: sentiens non sentiebat, audiens  
non audiebat, quia tota ibi erat, ubi Magister erat;  
teste equidem Augustino, Anima magis est ubi amat,  
quam ubi animat,

Conversa est retrorsum, & vidit  
Iesum stantem: Conversa ab Angelorum aspectu  
item-

352 iterato dñm suum querit, atque eum videndi  
desiderio exardecens huc illic se vertebat: un-  
de meruit eum prima intueri, quæ tam constan-  
ter querendo præceteris insisterat, & omnes etiam  
Angelicas consolationes postposuerat: ubi discamus  
nos terrenas saltem respuere delicias, ut Dei visio-  
nem assequi mereamur; qui non miseretur terrena  
Hom: in sapientibus. Bellè iterum Origenes: Disce, ait,  
Cap: 20. 30:  
a Maria querere Iesum, omnem revictive lapidem  
ab ostio monumenti Dei, tolle omnem concupiscentiam  
tuam a corde tuo, & diligenter perscrutare, si sit Iesus  
in eo; si autem non inteneris in eo Iesum, ito foris,  
& plora; plorando ora Iesum ut dignetur intrare  
ad te,

Et non sciebat, quia Iesus esset, putavit nam-  
que hortulanum esse, nec absire, inquit Barradas  
hic, erat enim ille hortulanus, qui sanguine suo ec-  
clesiæ horum irrigaverat, ligohe Crinis prosciderat,  
nunc vero avulsis sentibus sementem fidei facturus  
resurrexerat: sed nota quantum dilatet dñs Ma-  
riam clarosui recreare confitu, adverte in hac  
serie celestis gradus consolationis, ac disce a Maria  
in tribulatione perseverantiam: Disce, ut habeat  
in lucam Didacus Stella, in bono incepto perseverare, nec a  
vir-

virtute deficere ob illas saeculi perturbationes, quae. 353.  
nullum statim opponuntur illis, qui viam ineunt salu-  
tis. Optimè congruit Magdalene hic, quod Anima sua  
dicebat: Quasi tibi quem diligit anima mea, querivi &  
non inveni, multiplicis inquisitionis nullus apparet fruc-  
tus; sequitur itenâ quasilio, & iterum non inveni; de illicant. 3.  
lecto interrogat, & nondum invenit, donec ab aliis omni-  
bus se segregans illi occurrit. v. 1. 2. 3. 4.

Dicit ei Jesus: noli me  
tangere nondum enim ascendi ad Patrem meum; hoc  
est, inquit Barnadas hic: Noli me tangendo immorari, Tô. 4. l. 8.  
adhuc enim in terra vessor sepe me' videbis, & poteris  
ad pedes meos morari. Expedit quidem persepe a su-  
blimioribus tantisper desistere contemplationibus, & pie-  
tatis se dedere operibus, ut docet S. Pet: Damascus per l. 2. ep. 12.  
hec verba: Quid tunc ad alta charitas mirabiliter sur-  
git, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit;  
& quo benignè descendit ad insima, valenter recurrit  
ad summa; unde S. Bernardi consult: Sol ergo nimis sor. 9.  
insisteret osculis contemplationis, quia meliora sunt in Cant:

Venit Maria Magdalene annuntias  
discipulis, quia vidi dñm, & dixit mihi haec: Obtempe-  
ravit iugis dñi, ejus pedes celeriter festigat, & abiit ad  
discipulos, & Magistri resurrectionem eis annunhavit,  
jpxo-

354 ipsorum effecta prædicatrix Apostolorum, & doctrina  
evangelicæ, quæ illis constanter adeo persistat Christo  
inquirendo: quod omnino necesse est prædicatoribus  
ut antequam evangelicam annuntiant veritatem huic  
in oratione inquirendæ insistant, ut prius illuminari, &  
<sup>m. joan. n.</sup> alios possint vere illuminare. Ut bene Hugo Cardina-  
lis dicens: Antequam clamemus ad mortuos per prædi-  
cationem clamare debemus ad deum per orationem,  
vel gemitum actionem,

Eritis mihi testes usque ad  
ultimum terrenæ: quod Christus congregatis bicebat  
discipulis suis iam in cœlum ascensurus, simul que  
Magdalena, quæ censemur, & sacro illi conveniui adscen-  
sisse: quæ enim tot misteriorum fuerat, talium que-  
testis ocularis, erat ab dubio, & in aliorum profectū  
eorumdem testis verbalis futura, ut revera exsistit post  
modum apud Massilienses, quibus & verbo, & exemplo  
Christi fidem prædicavit: nunc quoque Christiani om-  
nes exemplo saltem, christum testificari tenentur, quod  
sermone plerumque præstans est, huic que suam con-  
fert efficaciam. Quare S. Cyrilus Alex: dixit: Opor-  
<sup>s. 7. n. 8.</sup> in joan. tet unumquemque ex qualitate operum spectari  
nec ad sola verba respiciendum est, Videntibus il-  
lis elevatus est: quibus hic Magdalena affectionis  
sunt

355.

sit repleta, dictu admodum difficile est; videbat enim quem adeo diligebat à se recedere, sed & videbat ineffabilem gloria exaltari, corde ad illum currerat, sed ex eius obediencia in terris remanebat: sed utique in ea preponde-  
rabat Divinae voluntatis execu<sup>io</sup>, ut quæ Christi presen-  
tiae corporali adeo afficiebatur, pro nunc abunde refice-  
rebitur spirituali: hanc cum Dei voluntate conformitate  
commendat S. Chrysostomus dicens: *Multo propinquiores*  
*Deo sunt, qui voluntatem ejus faciunt, quam quii summa carnis necessitudine conjunguntur;*

## S. VI. S. Magdalena reliqua, & obitus.

*Textus: Et omnes dispersi sunt per regiones. Act: 8. 1.*

*Evangelizaribus verbum Dei. v. 4:*

*Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine. Ps: 54. v. 8.*

*Inbodusit me rex in cellam vinarium. Cant: 2. 4.*

*Quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimicem. Cant: 3. 4.*

*Caput ejus aurum optimum. Cant: 4. 2.*

*Quae est ista, quæ blandit de deserto, deliciis affluens? Cant: 8. 5.*

*Exhorta Iherosolymis in Christianos persecutione post lapidatum Beatum Stephanum, S. Magdalena cum suis de Palestina littoribus à iudeis expulsa est extorris & exil: Deo tamen navigium ineptum regente, Massiliam venit, ejusque habitatores ad Christum convertit verbis, exemplis, & miraculis apostoli-  
cam*

cam quoque gratiam consecuta, quæ vite Christi coepit  
testis extiterat: posthac, sorore Martha monasticam  
vitam amplectit, & fratre Massiliensem Episcopo re-  
manente, secessit ipsa in desertum, ubi d' terrenis om-  
nibus segregata peccatorum eti remisorum panitia-  
dam egit asperrimam, sed & celestibus quoque recre-  
ata deliciis vitam in terris per annos triginta duxit  
Angelicam, donec imminentis mortis presicia, sacrum  
sibi procuravit vialeum, quo munera ejus anima  
in celum evolavit, corporis vero in ea ipsa quam  
coluerat spelunca conditum multis honoratur fide-  
lium peregrinationibus, ac insignibus claret miracu-  
lis quorum illud peculiare, quod in S. Magdalena  
Capite visitatur, in cuius fronte cufis illa particula.

<sup>Sylvester Petrus sancto in Hierosolymam Christum Dighis dubius testigisse cum redivibus  
eo: 3. c. 12.</sup>

omnino illæsa & decora permanet, quam ferunt ip-

illi apparens recedere innuit, dicens noli me tangere.

omnes dispersi sunt per regiones, ita & S. Magdalena  
in hierosolymana persecuzione aufigere compulsa-  
est, non utique positiones labores ve declinans, sed  
Dei impulsu potius ad majora se parans facienda  
<sup>et</sup>  
<sup>Math: 10.</sup> & toleranda, juxta sensum verborum illorum: Cum  
persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam, ubi

ut eruditè notat Salmeronus: non dixit absolute fugi-<sup>3527.</sup>  
te, sed fugite in aliam civitatem, ut scilicet in ea pre-<sup>To. 4. p. 2.  
dictis evangelium, & selle Origenes dixit: vita cons-  
tantia nullo modo instituit, intempestivè aut temere adieci-<sup>To. 2. l. 1.  
da esse pericula. Sed vero hic Magdalena recessus à  
persecutione non electivus, immo coactus fuit, quem ta-  
men Deus in melius direxit</sup> <sup>To. 2. l. 1.  
cor. 10. 10.</sup></sup>

*Evangeliantes verbum*  
Dei: en causa dispersionis discipulorum, & Magdalene,  
ut praesentem evacentes persecutionem, Christi fidem  
propagarent; ita & Sancha nostra magno fructu Mas-  
silia peregit. à Deo in tantum ministerium electa, que  
olim mundi vanitatibus adeo furent addicta, ut nemo  
quantum vis peccator desperet, dummodo penitens ad De-  
um se sincèrè convertat, qui mundi debilitata eligere  
consuevit, ut fortia confundat, qui Paulum persecuto-  
rem fecit mundi totius predicatorem, qui Augustinū  
vitorum sectatorem, instituit præclarum omnis virtu-  
tis Doctorem: quod & notat Chrysologus in elocione  
S. Matthei: Publicanum, inquit, ad suu vocavit Christus,  
elegit ad divina, ut daret fraudulento fidem, venali  
gratiam, cupiditatis magistro officium largitatis, doctori  
fonoris magisterium sanctitatis, publicato saceruli cales-  
te secretum,

*Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudi-  
ne*

358. ne. Opus quod Marice commiserit Dñus, jam insa per-  
fecerit: unde jam ut soli Deo uocaret loca deserta petat,  
ut que mundum & ejus voluptates, quas iam spreverat, se-  
de singul. curius declinaret. Quare S. Augustinus dixit: Minus vo-  
luptatis stimulatur, ubi non est frequentia voluptatum,  
L. 2. Ep. 14. & S. Hieronymus monet: Multitudines hominum, & offi-  
cia, & salutationes, & convivia, veluti quosdam catenas  
serm. 33. effugias voluptatum, ac deinceps S. Ambrosius: in deser-  
to, inquit, primum homini salus refunditur, ubi non sunt  
epulæ, ubi desunt delitiae, ubi, quod est omnium maiorum  
causa, deest mulier.

Introduct me rex in cellam vina-  
riam: hoc est, in spirituale tentorium cælestis conte-  
plationis, qua S. Magdalena oī vinitus inebrata ja-  
ex luce ihæra sèpissime elevabatur, ut eam vidit  
S. Maximinus cum ei sacrum attulit Viaticum, sic  
quie sponsus cælestis in ea ordinaverat Charitatem  
ut jam affectu & ardore à terra, & a se ipsa præ-  
nature exiret: oremus ipsa intercedente ut & in no-  
bis pro caphi nostro sancta charitas ordinetur, in eū  
Apud Mansudem Philo Carpathius explicit modum, dicens: Orbi  
in Karap. p. 2. natur charitas in anima fidi, ex diligentia observa-  
tione mandatorum, dum legit, & multihatur scriptu-  
ras sacras, — Quem

359

Quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimitam,  
quod verificatum est, cum s. Magdalena de corporis ser-  
vitate libera in celum evolavit, ubi semper eius  
fui in amplexibus, quem in terris adeo multum dilexe-  
rat. Discamus hinc dum vivimus Deum tuto corde dili-  
gere, quaerere, & desiderare, ut & mereamur ipsum pro  
eternitate possidere. bene hic Didacus Stella dicit: Insi-  
nudum à natura est omnibus, ut quisque sua diligit;  
quare igitur veluti domum, vineam fundum que quic-  
tua hæc sunt, amas, Deum vero tuum non amabis:  
etenim Deus optimus maximus, cum vidisset homines  
tanto amore sua prosequi, se nostrum facere statuit;  
ut sic eum amare quoddammodo compelleremur: & qui-  
dem Apostoli mindas perhimescamus dicentis: Si quis nō  
amat Dñm Iesum, sit anathema. Sane, i<sup>t</sup> Magnus  
ait Augustinus: Si amare pidgeat, nunc redamare,  
Apud Bohem.

Capit<sup>u</sup>l<sup>u</sup> eius aurum optimum: ita sique  
mansit Mariæ caput ex sacro Christi contactu, ut au-  
ri preiosissimi benignas omnes excederet proprietates;  
tum in beneficentia sanitatum, tum in propria incor-  
ruptionem, tum in largitione gratiarum: nos ergo, quos  
nunc toties Christus Evangelizat in S. Sinaxi, animo purissi-  
mam induamus incorruptionem; omnes, ut aurum pel-  
lamus sorores, nec illis ullatenus patiamur<sup>nos</sup> commisceri

360. miseri: unde dicebat S. Chrysostomus: Quo non o-  
Hom: Go.  
do pop. portet esse puriorem, tali fruentem sacrificio: quo  
solari radio splendidiorum manum carnem hanc di-  
videntem: os, quod igni spirituali repletur, linguam,  
qua tremendo nimis sanguine rubescit: Q

ista qua ascendit de deserto, deliciis affluens: sic S<sup>ta</sup>  
Magdalena de deserto in calum ascendit dulcissima res-  
pirans virtutum odoramenta, meritis plena, ubi nunc  
assidet intercessione potens, ac miris clientes beneficiis  
cumulans: in illum nos odorem curramus virtutum &  
meritorum; atque istam penitentia protomagistrum  
invocemus, ut sui nos & doloris & amoris signos fa-  
ciat imitatores, ut & nobis dicatur a Dño. Dimituntur  
tibi peccata tua quia dilexisti mulierum: sed vero ut  
serm: 94 auree Chrysologus habet: Tunc erit remissio pecca-  
torum, quando tolletur materia lata peccandi, quando  
corruptionis induet incorruptionem, quando peccati caro,  
caro totius efficietur sanctitatis. Atque, ut ex Divo  
Angustino habemus: Non sufficit mores in melius co-  
munitare, nisi etiam de his, que facta sint, satisfiat Deo  
per penitentiae dolorem, per humilitatis gematum, per  
contriti cordis sacrificium: quod exequentes, sanctae  
Magdalene & imitationis & gloriae consortes  
erimus, ut ea mediatrixe mediatrix  
esperamus. Ca-

# Caput IX.

## Pastor bonus

Post verissimas hucusque attactas Historias, symbolicas quoque duximus modo nostro percurrentandas aliquas ex Dominicis Parabolis, seu similitudinibus, quibus ipse Salvator omnium ad caecos prædicabat iudeos, ne, ut clara mysteriorum declaracione ex toto indigni, obscuriori etiam doctrina carerent, unde ipsa si vellent deducerent mysteria, quibus & nosce & sequi Dominum possent. Sed & nos istarum fruamur & sensu & explicatione parabolarum, quæ, ut teste <sup>Apud</sup> Seda, <sup>2. Capitale</sup> sunt rerum signa mysticarum, sic & in perfectâ <sup>"n. 15. Matth."</sup> induant mysteriorum cognitionem, & inde in exactam, quam intendunt, preceptorum observationem.

### I. Quid hic per ovile intelligatur?

**Textus:** Qui non intrat per ovile ovium, sed ascendit aliud de ille fur est & latro. <sup>ostium in</sup> joan: 10. 1.  
Et alias oves habeo, qua non sunt ex hoc ovili. v. 15.  
Et fiet unum ovile & unus Pastor. v. 16.  
Hunc ostiarius aperit. v. 3.

Zha-

362. Pharisæi indignati quod cœcus Iesum confite-  
tur, à quo (Ioan: 9.) fuerat illuminatus, hunc ex-  
tra Synagogam suam ejecerunt, Christum seduc-  
torem inique reputantes & impie. Pseudoprophe-  
tam proclamantes: unde Dominus eorum impos-  
turas præsentis confutavit parabolæ, durioriem que  
corum sic emulare clementer tentavit, proponens  
similihidinem ophimi ovium pastoris, in qua &  
suos agnoscentes errores resipiscerent & mansuetar-  
um ovium qualitates induerent. Hic ergo per  
ovile intelligitur Ecclesia, seu fidelium congre-  
gatio vocatorum in felicitatem æternam: qua  
Ecclesia apud iudeos Synagoga dicebatur, nunc  
vero est Sancta Ecclesia Apostolica, Romana-  
Christici hujus ovilis osharitus est Spiritus sanctus,  
ut cum S. Augustino interpretatur Communis,  
quia S. Spiritus aperit idnuam ad ingrediendū  
in ovile Ecclesiae, quatenus fides in Christum qua-  
patet ingressus, donum est Spiritus sancti. Atque  
ad hujus ovilis oppositionem extat & aliud Salvare  
ovile, cuius oves, ut jure creationis pertinent ad  
Divinum Pastorem, sic & ad se suaribus attrahit  
mediis, quibus omnes in unum suum ovile re-  
vicit, & à dæmonis servitute liberat.

Qui non intrat per ostium, in ovile ovium,  
sed ascendit aliunde, ille fur est & latro: multi qui-  
dem in sancta Christi Ecclesia immixti sunt, qui  
tamen ab ea valde extranei sunt, sic omnes here-  
tici, & à vera fide ultimique aberrantes, qui fideliter  
plures pravis suis dogmatis ab Ecclesia furive co-  
natur separare, sed contra talium furum insidias  
nos munit S. Ephrem dicens: Quæ oves a perte vocem <sup>serm: de</sup>  
<sup>Anachr:</sup> sanctam veri Pastoris agnoscunt, continuo vocem se-  
ductoris agnoscunt; neque enim similis est sancti  
pastoris voci, nam cum sit vox furis immixta, incom-  
posita, atque confusa, profinus noscitur.

Et alias oves  
habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: oves nempe illas  
errantes, quas vocat S. Petrus, quæque per errores <sup>1. Pet: 2: 25.</sup>  
à sancta Ecclesia se segregant: eas tamen prius  
Pastor dicit se habere, in quantum benignè cupit  
illas in veritatis seminam reducere; sed & hoc ipso  
excitentur ad resipiscendum quicumque à pietate  
quoguomodo recesserunt, quorum infelicitatem sic  
deplorat Gillibertus Abbas dicens: Ordinis nostri cor- <sup>Ser: 47.</sup>  
nite viros, quam admirabile erat nomen eorum: nunc  
autem nullus religionis discrimine signati sunt à cele-  
ris.. Mutatus est color optimus: non agnoscitur in eis  
<sup>in canis:</sup> na-

364.  
natus candor, non nitor, non rubor, non pulchritudo; Atque pro talibus ingerenda fructus est  
istud Pauli: Surge qui dormis, & exirge a mortuis,  
Ephe: 5. & illuminabit te Christus;

14.

Et sicut unum ovile, & u-

nus pastor, unum ovile seu una Ecclesia Catholi-  
ca, & unus Pastor, seu Christus Dominus, & gradua-  
tim unicus ejus Successor P<sup>apa</sup> P<sup>apa</sup> Romanus:  
ultra quod ovile nullum aliud verum ubi pascua  
salutis distribuantur; ultra quem Pastorem nullum  
verum Ecclesiae Caput, in quo regendi Christianum  
gregem, regendi potestas suprema residet, sub  
quo inferiores militant multi pastores, non tamen ovili,  
sed singuli singulis oviis pastibus praesidentes; atque  
horum quilibet unus esse debet pastor, ut notavit Hu-  
L. 2. M. 1. 150.  
go Victorinus dicens: Unus pastor unus in se, & uno  
cum grege: unus in se, ut quod docet verbis, impleat  
operibus, unus, ut non multetur prosperis vel adver-  
bis. Unus cum grege, ut a subtili non dividatur per  
preiosiorem cibum, vel habendum;

Huic ostendimus a-  
perit: bono nomine pastori, vel ovi perdite reden-  
ti; quia sancta Ecclesia, ut mater piissima  
quantumvis peccatores dummodo penitentes in sinu  
suo late suscipit: unde Apocal: 22. 14. habetur:

Bec-

Beati, qui lavant stolas suas in sanguine agni, ut sit 365.  
potestas illis in ligno vite, & per portas intrant in civi-  
tatem; qui autem sint isti dedit ab Ambrosio: *Tingis*, L. 5. in loc.  
inquit carnem tuam in Christi sanguine, si vixit diligas,  
peccata detengas, mortem Christi in tua carne circumferas,

## I. II. Quodnam ostium, & quis Ostiarius istius ovilis?

*Textus:* Qui autem intrat per ostium pastor est ovium. *Io: 10.2.*  
Ostiarins aperit, & oves vocent ejus audiunt, & proprias  
oves vocat nominatum, & educit eas. *N. 3.*  
Et cum proprias oves emitterit, ante eas vadit, & oves  
illum sequuntur, quia scunt vocem ejus. *N. 4.*  
Dixit ergo eis iterum Iesus: amen amen dico vobis quia  
ego sum ostium ovium. *N. 7.*

Per me si quis introierit salvabitur, & egredietur, &  
pascua inveniet. *N. 9.*

Ego veni, ut vitam habeant, & abundantiam habeant. *N. 10.*

Ostius ovilis ostium abs dubio Christus est, ut ipse  
postea testatur, vel etiam fides in Christum, qui  
claridetur scriptura legis & Prophetarum velut  
ostio suis seris obserabo: qui ergo per Christum  
eius ve fidem non intrat in Ecclesiam, non pas-  
tor, sed fur est, & latro, qui fideles laniare ne-  
care, & perdere molitur, ut modo sunt palliali  
heretici, & Novatores, qui in pellibus ovium  
verè sunt lupi rapaces. Ostiarius demum est spi-  
ritus

366. *Spiritus sanctus, ut proprius censerent cum s. Au-*  
*gustino Patrum plures, eo quod per ipsum nobis*  
*scripturæ reseratae genitnam Christi doctrinam*  
*indicant; verè que divino spiritui comprehint*  
*quas technis ostiarii iherius refert proprietates &*  
*excellencies; ipse namque alios quibuslibet pasto-*  
*res Christi legitimos successores preficit ecclesiae,*  
*facitque, ut ab ecclesia agnoscantur, & recipiantur;*  
*ac per eos ceteros fideles in ecclesiam in-*  
*ducit. ipse pseudopastorum, & hereticorum frau-*  
*des delegit, facitque ut ab ecclesia expellantur; fi-*  
*deles omnes suis regit inspirationibus quibus &*  
*quocumque euntis inseguuntur ne aberrent, sed*  
*ubique sibi constanter adhaereant.*

*Qui autem*  
*intrat per ostium pastor est ovium; quod ostium*  
*Christi est, qui & ostiarius simul est, & pastor; ip-*  
*se namque se ipsum aperit, cum se ipsum exponit;*  
*qui ipsa est veritas, & lux ipsa veritatis; nichilus*  
*ut jam diximus, ostiarium credamus spiritum s.*  
*de quo dominus: ipse inquit, vos docebit omnem*  
*veritatem, quam qui docet, utique aperit: quod nu-*  
*nus & in ecclesia modo exercent predicatores, & qui-*  
*cumque sanam doctrinam docendo declarant, quos*  
*ta-*

267.

tamen sic S. Gregorius monet, Ut ex dono cœlestis  
gratiae etiam verbum doctrinae percipient, atque de  
veritatis pabulo, quod ipsi intrinsecus dulciter rumi-  
nant, proximos siaviter pascent, ~ Ostiarinus aperit,  
et oves vocem ejus audiunt: hic fructus est primus boni  
prædicatoris, ut ex fama virtutum seu morum ejus  
attrahantur auditores ejus que dictis attendant.  
sic de S. Basilio scribit Nazianzenus: sermo Basi- oral: 20.  
lii erat tonitru, quia vita ejus erat fulgur; oportet  
ut ex corde doctrina diminet juxta illud: enrichavit 29: 44.  
cor meum verbum bonum; nam dicente Cassiano, nu-  
quam erit efficax insipientis auctoritas, nisi eam effec- coll: 11.  
tu operis sui cordi afficerit audiētis, ~ cap: 4.

Oves vocat  
nominationem, & educit eas, hoc ad Confessarium spec-  
tat, qui penitentis conscientiam plane callens de  
peccatorum ceno prudenti veritatis declaratione ex-  
trahit: hinc s. Augustinus ad illud joan: 11. 45. Sol-  
vite enim & sinite abiire; dicit: Quid est: solvite &  
sinite abiire? Quæ solveritis in terra, soluta erunt  
& in celo; & omnes non potest juvare verbo, adju-  
vet merito: quia, ait Magnus Gregorius, Sacerdo- relans  
tis negotium est, Deo orationem fundere, & pro jes- in glossa  
sis suc: 17.

368. tis, ne cadant, & pro peccatoribus, ut resurgent,

cum proprias oves emiserit, ante eas vadit; hoc est  
quos jam predictor convertit <sup>verbo</sup> procedit exemplo,  
ne à bono recedant videntes Magistri facta dicens  
non concordare: ut enim predictor illuminat ver-  
bo, sic & lucere debet exemplo: hinc ad illud Lucae 12-

Ep: 2. & lucernæ ardentes in manib[us] vestris, ait Calestinus  
Episc: gal.

In lucernis ardentiis boni fulgor operis indicatur,  
Hom: 13. & S. Gregorius: lucernas ardentes in manib[us] tenemus  
cum per bona opera proximis nostris lucis exempla  
monstramus. Insuper S. Maximus: lucerne accense  
sunt oratio, contemplatio, & spiritalis dilectio,

oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus: norūt  
scilicet auditores in recte factis quod sana sit doctri-  
na Conciliatoris: plus enim crebunt homines factis,  
Apud quam dicens; unde Hugo Cardinalis laudans Tobiam  
syriacum. In Evang: c. 4. dicit: Cunctis erat in exemplum; præceplo filium  
instruebat; exemplo vero cunctos informabat: ver-  
bo suo vix vulnus movebat filium, sed exemplo om-  
nes omnino excitabat.

Dixit ergo eis iterum Iesus:  
Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ovum  
quicunque intrans in ecclesiam aperit, & aperietur;

ane-

aperit, quæ clausa, seu occulta erant fidei mysteria <sup>369.</sup>  
& aperitur, seu insieme ad intrantibus cognoscitur  
prilus ignoris. Ecce, ait S. Augustinus, quod clau- <sup>ipso</sup>  
sum est aperit. ipse est ostium, intremus ut nos in- <sup>in lapide hic.</sup>  
trage gaudiemus: intremus quidem cum aperitur,  
ne negligentes audiamus cum factis virginibus: clausa <sup>Matt: 25:10.</sup>  
est janua: nam ut bene Origenes: Qui quando dehu-  
erant ut hinc discere, neglexerunt, in exitu vite, dum dis-  
cere volunt, comprehenduntur à morte.)

Per me si quis  
invokerit salvabitur, & egrediebitur & pascuā inveniet;  
en plura per os hūm̄ Christum intrantibus emolumēta,  
quæ sic expendit S. Gregorius: ingrediatur ad fidem, <sup>Hom: 14.</sup>  
egrediebitur autem ad spem, pascuā vero inveniet in <sup>in Evang:</sup>  
eterna salutate, S. Augustinus: ingrediatur ad in-  
ternam meditationem, & egrediebitur ad externam ac-  
tionem, & S. Gregorius Nisensis: ingrediatur, inquit, <sup>Hom: in 12.</sup>  
& egreditur, ita ut nunquam nec ingrediendi, nec egre-  
diendi finem faciat, sed ubi proficiendo superiori est  
ingressus, & semper extra illa versetur, quæ fuerint ad  
se comprehensa.)

Ego veni, ut vitam habeant, & abun-  
dantius habeant: & ideo forte se profitetur jam os-  
um, jam pastorem, quasi omnibus omnia factus ut  
omnes lucrifaciat ad vitam propriæ non parrens, ut  
omnes

370. omnes aeternum vivant: quam Redemptoris clemen-  
tia. de hiam sic explicat S. Hilarius, cum ait: Ad ultimum  
in homine passus, ut potestates de honestaret, dum  
immortalis ipse, neque morte vincendus pro morien-  
tium aeternitate moreretur, —

### I. III. Boni Pastoris imitandae qualitates.

*Textus: Bonus Pastor animam suam dat pro oviis suis. 10:10. v.*

*Ego sum Pastor bonus: & cognosco oves meas, & cognoscunt  
me mea. V. 14.*

*illas oportet me adducere, & vocem meam audirent. V. 15.*  
Parabolam predicatam. Ostij ovis divina apostolice  
conjugat & roborat Christis Dominus Parabolista  
Pasteris, utique ita saliciti ut propriam oviem  
vita post habeat: ubi tamen Divinus Magister non  
tanquam ipsius parabolæ, sed etiam, immo potius, rei  
per illam significare doctrinam amplificat: nam ma-  
terialium oviuum pastores tanta non tenentur erga  
suis oves cura, ut suam pro illis servandis vitaem  
exponant; Pastor vero animarum ex officio debet  
silam temporalem pro sinarum oviuum vita spirituali  
exponere periculo, verbi gratia pestis contrahendæ, ne  
ea affecti postremis priventur sacramentis: unde se ip-  
sum in exemplum proponit, ipse utique per excellen-  
tiæ præstansimilis, immo unicus Pastor optimus, qui ita  
solus animam, seu vitam suam pro oviis ac fidei-

bis suis erat daturus, ut sua morte temporali eas 374.  
ab aeterna morte ac damnatione redimeret, eis que non  
presentem modo, sed & aeternam conferret vitam, quando  
tobim sanchissima sua passione & morte piissimus Re-  
demptor copiosè & abundantiter presulit.

Pastor bonus

animam suam dat pro ovibus suis: haec est precipua  
boni pastoris ac prelati qualitas, ut proprii corporis  
commodorum negligat, ut sibi subditi, seu a Deo commis-  
sis attendat: unde Chrysologus ait: Bonus Pastor, cum serm: 40.  
videt ovibus imminere discrimen, cum gregem defensare  
non potest, maxult mori, antequam mali de suis ovibus  
quid videat. & S. Chrysostomus: Hoc, inquit, maximè in D: 113.  
ostendit Principem, quod scilicet suorum curam gerat,  
eisque provideat ac prospiciat. Hoc est principatus,  
hoc est pascendi scientia, sua negligere, & eorum quos  
regit curam gerere: talis que mors boni Pastoris, &  
in eius vergit maiorem in celo gloriam, & ovium re-  
manentium potentiis adjutorium, ut de S. Martino in  
specie nolit Odonius dicens: Anima pertansivit in  
cælum, & non deseruit quos in terra sinebat, sed ope,  
& auxilio illis presens erat. & iterum Chrysostomus: to: 3.  
imperatorum est, dicit, pro omnibus mori, & regis optimi  
pro communi utilitate nunquam recusare supplicium,  
Ego In latrone.

372. *Ego sum Pastor bonus, ut ipse Dominus omni-  
um exemplar Pastorum, ac superiorum, qui supere-  
minenter boni Pastoris qualitates implevit ascendo, re-  
gendo, fovendo, caelstibus talimentis pascendo, ac mortem  
cruelissimam pro oviis sustinendo: inspiciant anima-  
rum pastores, & faciant secundum exemplar quod eis  
in D[omi]n[u]m. in monte monstratum est: ideo (dicit Chrysostomus)  
non dixit Christus: Pastor bonus honorabitur & colitur,  
sed animam suam ponit pro oviis suis, ut qui doc-  
trinam istam adeo mirabili firmaturus erit exem-  
pli: Hinc S. Petrus Damianus dicit: Sacerdos, sive  
<sup>epist: ad</sup>  
<sup>firmio:</sup> Praelatus, qui in regno celorum vult esse magnus, si in  
populo prævius, oportet, ut quod voce se sequentibus  
dictat, primus in se vivis operibus impletat: quam bene-  
tantum Pastorem imitatus qui dicebat: Quotidie mo-  
<sup>S. Paulus  
1. Cor: 15.</sup>  
<sup>Hom: 11.  
Rom: 14.</sup> rior propter vestram gloriam, Fratres, hujus que &  
cultur Chrysostomus ac imitator, ad suas oves proles-  
tatur: Ego missus pro vobis mori paratus sum: non e-  
nim propter divitias vestras mundi insidias patior, sed  
propter charitatem, quam erga vos habeo, quia om-  
nia ago, ut vos proficiatis,*

*Et cognosco oves meas,  
ubi cum cognitione amorem intellige & affectionem vo-  
luntatis, que in bono pastore requiriunt, ut perspec-  
ta subditorum indole amabiliter omnibus se accom-  
modet*

modet, & singularis pro necessitate subveniat: Quare. 373.  
S. Ambrosius in illo Apocalypsis: in circuitu sedis qua- c. 4. x. 8.  
tuor animalia plena oculis ante & retro, sic explicat:  
in circuitu sedis quatuor animalia stant, quia Doc- in illum  
tres Ecclesiae populum sibi commissum & a' visibilibus,  
& ab invisibilibus hostibus quanto virtute possunt de- locum.  
fenduntur: & ut agnoscas hanc cognitionem in Pastore a-  
mante omnino necessariam audi Rupertum dicentem: Proposito  
Magnificens charitatem suam exprimit dicens in ratione  
cognosco, quam si dixisset: Diligo, hoc enim verbum cu'  
significatione dilectionis simul sonat affectum compas-  
sionis, sic & nunc cum dicit: cognosco, simul dilectionis,  
& operosae misericordie signat affectum, ~ Et cognoscit  
me mea, expedit namque ut sub oculi suum pastorem  
vicissim agnoscant, ut ad eum fiducialiter accedant,  
ejusque doctrinam indubitanter amplectantur, ac si, ut  
ovis que periret, quis a bono aberraverit, ad illius vocem  
illicio reducatur: Castanii dixit: Utrumque agitur do- L. 7. c. 38.  
nitate Pastoris, ut cognoscatur, & cognoscatur, sed, ut be-  
ne Theophylactus ad verba Iesu advenit: Bonis Pas-  
tor Iesu nos primus cognoscit, deinde nos illum; ne-  
que aliter potest cognosci Deus, nisi cogniti fuerimus  
ab illo: sic etiam Stratioti bonitatem suam in ovi-  
bus dicto modo cognoscendi prius manifestentur man-  
sue-

374. suetudinis, patientiae, compassionis, ac prudenter operibus, ut oves seu subditi à cognito tali, vel nunquam recedant, vel si errantes tantisper recesserint, ea cognitione in se reversi statim surgentes ex deo illum revertantur: unde Anselmus ly cognoscunt me, sic intelligit: Me cognoscunt, id est, mihi dilecto adhaerent, nec à me etiam in adversis separantur.

illas oportet  
me adducere; ubi alio innuitur vigilantis pastori necessaria qualitas, zelus nempe animarum, & domus Dei servis fidelibus implendae. Videtur Deus ab Pastore animarum locutus cum per Isaiam  
isa: 49. 6. dixit: Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, & facias Israel convertendas: ecce dedite in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae; instar solis se gerat Prelatus qui non sibi immediate solum subjectos illuminat, sed & ad remotiores plagas suos et si obliquiores radios extendet, in quo etiam notatur; utique potius providere debere pastorem propriis ovibus, sed & his non reliquis alias protracta irradicatione adducere. Audi  
in imperfecto aliam à magno Chrysostomo comparationem: Quem-  
John: 40. domodum, vix gallina habens pullos, non tantum pullos suos calefacit, sed etiam cuiuscumque volatilis

filios exclusos à se, diligit quasi suos, ita Ecclesia non.<sup>375.</sup>  
solum suos Christianos foveat, sed sive gentiles, sive Ju-  
deos, si suppositi fuerint, omnes fidei suae calore vivifi-  
cat.

Et vocem meam audient,<sup>s</sup>, hic zelosis Praelatis  
promittere videatur Dominus fructum predicationis;  
ut innuit Augustinus dicens: Et vocem meam audient:  
ecce persuas ipse loquitur, & per eos quos mittit, vox e-  
jus auditur: Christus enim, & os, & sapientiam suis co-  
fert ministris, talem, cui non possint resistere etiam ad-<sup>Luc. 21.</sup>  
versarij, seu qui prius à sana doctrina erant aver-  
si; quia ex S. Gregorio, Predicatores suos Domus se-<sup>Habili. 17.</sup>  
quiuntur. hinc namque Praedicatoribus Isaías oicit, Para-<sup>in Evangel.</sup>  
te viam Domini; Psalmista: iter facite ei qui ascendit su-  
per occasum ... ei ergo qui ascendit super occasum,  
iter facimus, cum nos eis gloriari vestris membribus  
praedicamus, ut eas & ipse post veriens, per amoris  
sui presentiam illustret.

#### §. IV. Mali Pastoris mores detestandi

Textus: Mercenarius autem, & qui non est Pastor, videt lupum  
venientem, & dimittit oves, & fugit. <sup>Ioan: 10. v. 12.</sup>

Et lupus rapit, & dispergit oves. <sup>Ibid.</sup>

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est. <sup>v. 13.</sup>

Et non pertinet ad eum de omnibus. <sup>Ibid.</sup>

Post bonas boni Pastoris qualitates, pravos mali  
Pas-

376. Pastoris mores nobis Dñus proponit, ut illas laude-  
mus, & promanere imitemur; hos vero detestemur  
ac omni aversione fugiamus: Eum Mercenarium  
appellat, qui non ex amore, non pro ovium bono  
sed pro mercede laborat: unde nec esse Pastorem  
affirmat ut qui ovium pascua sed proprium lucra  
intendit: unde cum ville ovium immidet periculum  
non earum, sed sui custodiam fugiendo gerit, sic  
que oves dimidit lupo rapiendis, neque de carni  
dolet perditione: cuius causam, & ipse Dominus  
reddit, quod non dominus ovium sit, sed mercena-  
rius, qui solam suam mercedem querit, proindeque  
quando oves pereunt, non ipsi pereunt, sed domi-  
no cuius sunt oves: ex quibus multiplex inter bo-  
num, & malum pastorem differentia apparel ex  
toto opposita.

Mercenarius autem, & qui non est  
Pastor: qui equidem in re pastor non est, et si oves  
pascendi manus habeat, ut multi, cheu! his tempo-  
ribus animalium Pastores, qui ad beneficii lucra to-  
tis attendunt conatus, sibi vero commissarum anima-  
rum profectum omnino negligunt. Apud Dionysius Lar-  
<sup>Apud</sup> Sylvestranus dicit: Multi etiam prelati, & animalium cu-  
ram habentes sunt similes, qui si viderint pecoris suis

suis aliquid adversitatis contingere, mox succurrunt<sup>377.</sup>  
sed si viderint subditos spiritualiter ladi, atque occidi,  
scilicet peccare mortaliter, & notabiliter non curant,  
nec dolent: quo palet, quod veram Dei, ac proximi  
charitatem non habeant. Zacharias malum Pastorem  
idolum vocat, qui à Praefatura non aliis proficere cu-<sup>Zach:ii.</sup>  
rat, sed ipse honorari: super quo s. Hieronimus fulni-  
nat: O! pastor, & idolum, tam sceleratus est pastor,  
ut non idolorum cvisor, sed ipse idolum nominetur.  
Dum se appellat Deum, & vult ab omnibus adorari;

Videt  
Lupum venientem & dimitti oves, & fugit, : ne eodem  
cum ovibus periculo involvatur: hic s. Gregorius <sup>Hom: 14.</sup>  
maximam inter Pastorem & mercenarium <sup>in evang.</sup> differenciam  
notat, cum ait: Utrum verus pastor sit, vel mercenarius,  
cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest.  
tranquillitatis enim tempore plerunque ad gregis custo-  
diam ut verus pastor sic etiam stat mercenariis; sed,  
lupus veniens iudicat quo quis animo super gregis custo-  
diam stabat; & s. Augustinus dicit: Si viderit mercena-<sup>Serm: 49.</sup>  
rius aliquem peccare, aut sentire secundum perniciem  
animæ sua, & famen, quia videatur haberi alicuius mo-  
meni in Ecclesia, unde sibi spens commoda, non repre-  
hendit; non illi dicit peccas, ne perdat commoda sua;

non

378. non corporis, sed animæ hæc est fuga, *Et lupus*  
rapit, seu diabolus animas indefensas, & a suo pas-  
tore non custoditis decipit, suggestionibus suis mor-  
det, & sensim per consensum prævum deglubit & oc-  
cidit: hæc que culpa pastoris, qui contra diabolicas  
insidias suos non instituit subditos, quibus nec ver-  
bo, nec exemplo prædicat, quos non modo non sua-  
viter simul & forsitan attrahit, sed saepè pecunia-  
ris exasperat exactioribus, auctis que verò oppresio-  
nibus: quam tales rationem reddent suæ vilificationis?  
ve illis profecto pastoribus, ut ex Ezechiele in cla-

*Horn: 29.  
in joan:* mat Chrysostomus: Nonne greges pascuntur a pa-  
ribus? sed illi contrarium faciunt, pascunt seipso: *Tract: 46.  
in joan:* quod maximæ malitiæ genus est, & plurimorum  
causa malorum, nempe, ut Augustinus habet: Ecce  
lupus guttur ovis apprehendit, diabolus fidei a-  
dulterium persuasit,

*Et dispergit oves, non tam*  
ille lupus, quam pastor perversus, qui, ut hoc ex-  
pli cat S. Anselmus, eas dissipat suis actionibus, ut  
omnia quæ fecerit sint incompensa, incongrua,  
& dissidentia: malus pastor causa est dissidio-  
rum inter oves, quia hinc correptione istinc lenita-  
te

te, ac vndeque prudensi charitate eas non reducit ad 372.  
unitatem. Ad illud Exodi. 32. v. 25. Videns Moyses po-  
pulum, quod esset nuidatus, spolia verat enim eum Aaron,  
dicit S. Augustinus: Notandum, quemadmodum illud 2. 146. in  
tobum, quod populus fecit, ipsi Aaron tribuatur, quod ex-  
eis consenserit ad faciendum, quod male periverant. ma-  
gis enim dictum est, dissipavit eos Aaron (ut legunt 70.)  
quoniam cessit eis, quam dissipaverunt se ipsi, qui tan-  
tum malum flagraverunt.

Mercenarius autem fugit  
quia mercenarius est, seu quia non sunt oves illi cu-  
ræ, sed sola merces, & lucrum quod intendit. Solo  
causa est, ait S. Gregorius, ut mercenarius fugiat, quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur, stare in periculo  
ovium non potest, quia in eo quod ovibus praest, non  
oves diligit, sed lucrum terrenum querit. Dum enim  
honorem amplectitur, dum temporibus commodis lo-  
tatur, opponere se contra periculum trepidat, ne hoc  
quod diligit amittat.

Et non pertinet ad eum de ovi-  
bus, seu, munere Pastoris omnino indignus est, immo  
& nomine, sed eam meretur maledictionem, quam  
talibus minatur S. Petrus Damiani dicens: Maledic- opus. 17.  
tioni obnoxii sunt, qui peccatoribus blandiuntur sicut  
di-

380. Dicitur per Jeremiam: Maledictus qui prohibet gladium  
suum à sanguine; à sanguine quippe gladium suum  
prohibet, qui se ab inferenda reprobis digno senten-  
tiae animadversione coenct; Cum Jeremias poratos  
animatorum pastores appello: ubi est gressus qui datus  
jer: 13. est tibi quid dices, quando visitaverit te Christus  
judex? Durissimum iudicium sis qui presunxerit,  
Sap: 6. ait sapient, & explicat Holcoth: Durum, quia male  
Apoll Bar: comp: intraverunt durum, quia male rexerunt; Durissimum,  
cic: comp: quia male vixerint. ~

### I. V. Quales esse debeant oves ~

*Textus:* Oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. jo:10.4.  
Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo. x.5.  
Non noverunt vocem alienorum. ibid.

Oves ovilis Christi Domini Pastoris optimi, sunt fideles  
Ecclesiae catholicae, qui ejus vestigia insequuntur atque  
ejus mandatis obsequii profiterentur. hi vocem ejus, seu  
Christianam doctrinam scire & intelligere pro cap-  
tit tenentur, ut eam ad praxim valedant deducere;  
alienum autem, seu nova & à vera fide aliena  
dogmata proponentem declinare desent, & ab eo  
quamcum valent fugere, ita ut nec vocem ejus, seu  
sermones, ne materiali quidem auditu percipient,  
ut si fieri possit, nec verba illius novetur, h[ab]e[re]  
&

& absurditatis, malitiae, & exorbitantiae plena, quæ 381.  
cum aliunde falsa sint molitiae blanda, saepe vel me-  
re audita sensim serpentina lubricitate cor penetrant.

Oves

illum sequuntur. debent quoquot Christiano nomine  
gloriantur Christum Pastorem regni, quasque verbo  
& opere virtutes docuit, imitari, verè namque S. Ber-  
nardus dicebat: Sine causa sum Christianus, si Christū  
non sequor. Alterque pius Scriptor Christianismum  
definitendum dicit: imitatio Iesu Christi: & S. Augustinus <sup>Bohuns. s.i.</sup> <sup>dean: christ.</sup>  
finitus hic: Quis est, ait, qui oves præcessit, nisi qui  
surgens à mortuis jam non moritur, & Patri <sup>Tract: 49.</sup> <sup>in joan.</sup> dixit:  
Quos dedisti mihi uero, ut ubi ego sum, & ipsi sint  
mecum: iudeo & Gregorius Nyssenus dixit: Christianis  
mismis est imitatio Divinae naturæ: ideoque in bap-  
tismate toties crucis signo signamur, ut notat S.  
Ambrosius dicens: In fronte, ut semper confiteamur;  
in corde, ut semper diligamus; in brachio, ut semper  
operemur.

Quia sciunt vocem ejus: hoc est, ut non  
modo Christianus fidei Christi norit dogmata, sed  
cerfo ejus esse doctrinam sciat & firmiter credat, co-  
fessio enim fidei, nisi & in corde sit, in ore non pro-  
dest; & ideo uictus dominus vero sciunt, quo certudo de-  
no-

322 notatur quia credere Christianus debet nihil ha-  
sitans, seu dubitans, ita ut plus Christi scripturis  
credat, quam oculo corporali patentibus mira-  
<sup>Apud sicut</sup>  
<sub>veriorum</sub> lis, ut recte Theophylactus, cum ait: Nihil tam  
uite est, quam Scripturarum diligens scrutatio. Mor-  
tuorum suscitacionem falsè & àpparenter facere  
potest etiam diabolus, ut seducat imprudentes; at  
eis, qui Scripturas probe scruntantur nihil potest il-  
ludere; illae enim sunt lumen, & lumen, quo hi-  
cente sic deprehenditur, & manifestatur: quare  
<sup>Hom: de S. Chrysostomus ait: Non sic manifesta est præsens</sup>  
<sub>nom: Abrah.</sub> vita, ut futura illa; hanc enim oculis nostris vide-  
mus, illam fidei oculis,

Allenum autem non se-  
quuntur, sed sugiunt ab eo: Detestari debet Chris-  
tianus omnes eos, qui novam & alienam à fide  
doctrinam inducunt; imo ubi tales appropinquare  
noverit, quam potest longissime affugiat; & in  
vera doctrina solidari curret, ne à gremio sanc-  
toræ Ecclesiæ, verique Pastoris Christi separetur:  
<sup>Serm: de Hinc facit quod S. Ephrem dicit: Quæ oves aper-</sup>  
<sub>Antichristo</sub> Te vocem sanctam veri Pastoris agnoscunt, conhi-  
tuic vocem ductoris agnoscunt, neque enim simi-  
lis est sancti Pastoris voci: nam cum sit vox fu-  
ris

ris immitti, incomposita, atque confusa, prolinus  
noscitur; inde est quod S. Iohannes monet: Attendeite Matth: 7.  
a falsis Propheticis, atque ex fructibus, seu operibus  
cognoscendas doverit, ut non qualem quis veris re- Comment:  
ferat (ait S. Hilarius) sed qualem se rebus efficiat, spec- in Matth:  
temus, quia in multis vestitu oviu m rabies impinata con- can: 6.  
tegitur. ~

Non neverunt vocem alienorum, sed ita cœca  
obedientia debet Christianus fidei principiis adherere  
Divinis que preceptis parere, ut ~~non~~ quod heretici  
& Novatores preferant, ne dum admittat, sed nec intel-  
ligat, ut cum S. Paulo dicere possint: Non iudicavi,  
me scire aliquid, nisi Jesum Christum, hunc unicum  
Pastorem agnoscere debamus, huic uno credere, & obe-  
dire statim. Simplices seu innocentes, & ab omni su-  
perba scrutatione alieni semper habiti sunt a phiores  
ad credendum, hinc dominus recenter natus pastoribus  
prius est manifestatus, & Dei sermoni ab eo cum simpli- Prov: 3.  
cibus esse comprobatur, sapientia que insipiens lo-  
cuta est: ut ponere huius rebula (ait S. Cyprianus) quod orat: de  
non nisi pauperibus spiritu, Christi pataret humanitas,  
nec superbos ad intitulum sui passit admittere veritas  
& ex Ambrosio: Quo uilior q[uod]is ad prudentiam, eo pre- Lc: in luc:  
fiosior ad fidem plebem dominus simplicem regnisti ut  
quae phalerare audita, & sicare nesciret, sed uincie se-  
cundum

384. cundum notam veritatem sincere & humiliter opera-  
ri, ut idem S. Doctor laudat dicens: Bonæ oves,  
S. 2. c. 4. quæ bonorum partus operum fidei sacrae non dege-  
neres ediderint, ut quæ voces alienorum à Christo  
non noverint, sic Apostoli monitum ad apicem exe-  
Ephe. x. 2. quinque: quo dicit: Omnis immunditia autavaritia nec  
nominetur in vobis sicut decet sanctos, &c.

## 9. VI. Unitas hujus Ovulis, & boni Pastoris —

Textus: Et alius oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili. Jo. 10.  
Et illas oportet me adducere, N. 16.  
Et vocem meam audient,  
Et sit unum ovile,  
Et unus Pastor. ibidem

Veniens Christis Dñus in mundum abolevit omnia  
quæ iudeorum extabant tam legis, quam circum-  
cisionis, ac ceremoniarum, & constituit unum no-  
vum Ovile amplissimum in Ecclesia sua catholica,  
quæ similiter gentes, ac iudeos recipit, & extra quam  
ut pote cum non sit salvis, quotquot aberrant modo  
non oves sed lupi potius nominari deberint; ut tamen  
Clementissimus Dñus multas aberrantiam  
prædestinatus voluit, has adduci oportere dicit, nū  
que quicquidie per ministros suos adducit, & reducit  
in hoc unum Ovile, scilicet unam, sanctam, ca-  
tholi-

tholicam, & apostolicam Ecclesiam, sub uno Bas.<sup>385.</sup>  
tore nempe suo in terris Vicario S<sup>t</sup>i Petri legitimo  
successore Pontifice Romano, sub quo etsi multi  
militent pastores, sed tamen illi vni subordinati,  
nec tali ovili, ut ille, sed singuli singulis oviliis par-  
tibus presidentes, quorum quilibet unus erit pastor  
si verbis moribus & vita à seipso non discrepet, nec  
à Supremi Pastoris universalis regimine, doctrina  
& gubernatione.

Et alias oves habeo, scilicet destina-  
tas, ac praedestinatas, ut sicut huius oviliis: haec sunt  
muli ex gentilibus, haereticis, atque perversis etham chri-  
stianis, quos inestimabili praedestinationis dono Deus  
ad conversionem veram efficacius excitat auxiliis:  
hinc ad illuc Apocalypses 7. Nolite nocere terra, & ma-  
ri neque arboribus, quoad usque signem servos Dei  
nostri, sic habet Rupertus. Nolite nocere, hoc dicere  
illis est malam voluntatem eorum impedire, ut quantum  
cumque insaniant, noceant, atque hymenizent, Dei ta-  
men prepositum præpedire, vel evenere non valent,  
quomodo eos quos prescivit & praedestinavit conformes  
fieri imagini ejusdem Trijj, vocet, justificet, atque mag-  
nificet, Quae non sunt ex hoc ovili, quia vel nungua  
'de

386. de illo fuerunt, ut Pagani, Ethnici; vel quæ ab eo  
recesserunt, ut Heretici, & Schismatici: ad omnes enim  
extenditur divina bonitas, quæ nullum respuit, sed  
quantumvis errantibus pia miseratione placatur, si  
in catena residunt. S. Gregorius Nyssenus: Cum Pastor ait, in-  
veniret orem, non puniri, non dicit ad gregem ur-  
gendo, sed superponens humero, & portans clementer  
animaverit gregi: immo sicut uult gratulari de in-  
Hom: 34. venia, Quia (ait S. Gregorius) ejus gaudium est vita  
in Evangelio, & cum nos ualis reducimur, solemnitatem læ-  
titiae ejus implemus.

Et illas opertet me adducere, —  
nemper per meos Ministerios seu vicePastores & Vica-  
rios ovulis mei: horum equidem obligatio est, oves  
perditas querere, inventas reducere, reductas amar-  
ter conservare: & ex hoc maximum huius diligentie  
gaudium resultat, & ipsi Pastori, iuxta illud Chry-  
ser: 163. sologi: Semper quidem cum perdita reperimus, novum  
capimus cumulum gaudiiorum; & est iucundius nobis  
invenire perdita, quam non perdidisse servata, &  
Luc: 15. 10. ipsis Angelis Dei, super quo S. Bonaventura: Gau-  
dient & Angeli (dicit) de penitentia hominis pecca-  
toris, quia destruitur culpa, restituuntur iustitia, con-  
futatur demonum superioria, efficax efficiuntur Ange-  
lorum

lorum custodia, reparatur Ecclesia, placatur in divina  
& restauratur Ierusalem superna: Vide, quod & quanta  
bona ex vita vigilancia, & zelo animarum in Pasto-  
ribus

Et vocem meam audient, seu mandatis meis  
obtemperabunt, ut factum vidimus in Apostolo Paulo, in Magdalena, & quotidie in tot haresum abjec-  
tatoribus, tot ad penitentiam reducitis peccatoribus,  
qui eo exactius vocem Domini audiunt & sequuntur,  
quo plus dolent a bono recessisse, & a veritate defle-  
xisse: Audient, id est credent, parebunt, ait Euthymius.  
Quae profecto magnam spem ac fiduciam ingerere  
debet vel maximis peccatoribus, ut divinis cibis res-  
ponsoant auxiliis, divini que Pastoribus persuos exhar-  
tationibus obediant, itemque Pastoribus ingens conver-  
tendarum animarum studium, ita ut, dicente Augusti-  
no: Qui vobis praest mente, & opere, servat chari-  
tatem, & Hugo Lando: Sucerna ardens, ait, duo facit, Apollonius Silvius:  
ceram, sive oleum comburrit, & lumen diffundit: ad  
hoc ergo, ut bonum opus sit lucerna, operat ardo-  
re divini amoris fidet, & alijs praebat exemplum  
S. Chrysostomus: Non iugular, inquit, tanquam  
uniuersitatem commodis prospicientes, sed ut plurimis  
per unam consilentes, magno cum studio omnia fa-  
ciamus.

Et fiet unum Opile, quod est Ecclesia catho-  
lica, quæ eti ab una fide unius Dei semper fuerit.  
Una, ejus tamen Unitas maxime visibilis in Ecclesia  
Evangelica Christi Dñi, ab unitate sacramentorum,  
quæ in unam fidem, spem, & charitatem nos colligant;  
Vnde maxima requiriatur inter Christianos spiritualis  
unitas, & animorum concordia, ut qui una fide cre-  
dunt, eadem spe vivunt, eundem Deum colunt, eodem  
Patre cœlesti aluntur: in hac unitate vera nobilitas,  
ut notat S. Thomas dicens: Quia Iudas, & fratres e-  
jus sub cultu unius Dei permanserunt, ideo de eis  
fit mentio in generatione Christi, non autem Ismael  
can: 18. in & Esau; ubi concordia ibi Christus, dicente S. Hilario:  
Math: in tantum Jesus humanae pacis studiis studuit concor-  
diam, ut unitatis merito omnia quæ à Deo precanda  
sunt impetranda esse confirmet: et ubi duo, vel tres  
pari spirihi, ac voluntate collecti sunt, ibi se medium  
eorum pollicetur futurum. ipse enim, qui pax, aliisque  
charitas est, sedem in bonis ac pacificis voluntatibus  
Orat: 7. collocavit: & rationem reddit Nisensis: Quoniam  
Beati: sunt hi pacifici & imitatores humanitatis divinae,  
qui id quod proprium divinae efficientie est, in sua  
vita ostendunt: & Cassiodoro teste, Pax omnibus  
2. Var: armis fortior ac potenter est ~

Et unus Pastor: à qua unitate eham perficiuntur, i. m. 389.  
et conservatur praedicta Ecclesiae unitas, cum enim  
Christus dominus unus sic Ecclesiae caput, ex quo tan-  
quam fonte unico unanimiter & ex omni parte concur-  
des diffluunt operationum ac fidei regule, ita unicū  
sui Vicariorum statuit Petrum, cui unicus semper suc-  
cessor conformaretur in Sancta Ecclesia regenda, ex  
cuius vel tentata divisione tot mala secula sunt: hinc  
dicit Bernardinus ad illud 10: 21. 17. Pasce oves meas, ait: Co-<sup>L. 2 de Consiliis  
ad Eugen:</sup>  
mitemens unius, unitatem omnium commendavit: ubi Uni-  
tas, ibi perfechio, & s. Augustinus dixit: Tenet me in<sup>L. contra Enit.  
fundam: c. 4.</sup>  
Ecclesiae gremio consensio populorum, atque gentium;  
tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, cha-  
ritate ancta, vehustate firmata, & ut ait Apostolus <sup>Ephes. 4.</sup>  
Unus Deus, una fides, unum baptismum, unus pater om-  
nium,: ipse Deus per Zechielum: Abiciam eos in genere<sup>Zech. 37.</sup>  
tem unam.. Pastor erit unus eorum, iterum s. Augus-  
tinus: Qui volunt, inquit, unam lingua, veniunt ad Ec-<sup>cl. 74.</sup>  
clesiam, quia in diversitate linguarum carnis, una est  
lingua in fide cordis,: Multitudinis enim credentium e-<sup>Aet. 4.</sup>  
rat cor unum, & anima una, ait s. Lucas. Ac demū  
s. Cyprianus: Necque enim aliunde hereses obortae<sup>de fide.</sup>  
sunt, aut nata schismata, quam quod Sacerdoti Dei non  
obtemperatur, nec unus in Ecclesia Sacerdos, vel iudex vice,  
Chri-

320. Christi cogitatur; ~ Ex quibus omnibus statuimus,  
huic Ecclesiae Unitati cooperari per fidem firmam,  
& constantem in ea Una perseverantiam, ac fuxia illam  
recte vindique operantes, & Christi Dñi Vicario, hujus  
que ad armoniosam Unitatem concurrens et si mul-  
tis Pastoribus subordinatis obedientes, ab ovili Optimi  
Pastoris nunquam recedamus, ut ex hoc in caelos  
prata eternum nutriendi ab eodem traducamur.

## Caput X. Filius prodigus ~

*Sac. 15.* Post binas Parabolæ Ovis, ac Drachmæ, perditorum  
& recuperatorum, in quibus conclusio fuerat, maius qua-  
dum esse in celo super uno peccatore penitentem  
agente, quam supra hominem novem stolidis, terram  
hanc de filio prodigo subnexit Dominus, in qua &  
aversi, & conversi peccatoris clarus proponit speci-  
men, ex quo eritamus ultimam congruum, & intensum  
animabus nostris fructum vel vitandæ à bono aver-  
sionis, vel sincera à malo conversionis ~

¶ I. Quid per Filium, & Substantiam  
hic significetur?

Textus: Homo quidam habuit duos filios. *Sac. 14. V. 11.*  
Dixit adolescentior ex ipsis patri: *V. 12.*

Pater,

Pater, da mihi portionem substantie, quæ mea contingit. *Ibid.* 391.  
Et divisit illis substantiam suam. *Ibid.* *Luc.* 15. v. 12.

Tres in presenti Parabola introducuntur personæ  
scilicet Pater familias, hujus duo filii natu major,  
& minor, simulque mentio fit de substantia inter hos  
à Patre dividenda: ubi Pater est Deus creator om-  
nium, ex mente S. Ambrosii, per duos verò filios ap-  
tissime cum S. Hieronimo intelligunt Patrum multi  
justos, & peccatores: hos junior denotat, illos senior.  
Quintum ad substantiam optimè cum iisdem eam sui-  
memus pro omnibus homini concessis à Deo tam cor-  
poris, quam animæ, sive naturæ, sive gratiæ, vel na-  
turalia, vel supernaturalia: partem vero substantie,  
quæ sibi obligat repetens filius junior, illos denotat,  
qui jam sui juris esse appetentes, omnem refugient  
subjectionem, à majoribus regi nolentes, sed à suo pro-  
prio dictamine gubernari, solis que animi passioni-  
bus obsequi.

Homo quidam habebat duos filios: filios  
Deus concedit parentibus, ut eorum insistant sanctæ e-  
ducationi, et ~~autem~~ ait S. Chrysostomus: Magnum habe-  
mus depositum, filios: ingenti illos servemus cura, at-  
que omnia faciamus, ne fur nobis id astihis auferat,  
nam

392. nam, ut habeat Origenes: Omnia quæ deliquerint filii de parentibus requirentrur, qui non erubuerint filios suos: & quidem male educati filii in iudicio clamabant, quod S. Cyprianus inducit: Perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas, & S. Chrysologus ad illud Marci 9. v. 23. Pater pueri cum lacrymis diebat: Credo, ait: Patris liberabitur fide, qui fuerat infidelitate damnatus; nam cui genitoris fides profuit, quomodo ei genitoris perfidia potuit non obesse.

Dixit adolescentior ex illis patri: adolescentior, & nulla sariè maturitate prædictis audet, lucente fratre natu maiore, sensum de re communi aperire, utilique contra sapientis consilium: Adolescentis logore in tua causa vix cum necesse fuerit, & S. Petri dicens: Adolescentes subdite estote senioribus; utinam Davidis exemplum suisset secutus: Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in Gallero propositionem meam; quia ut ait Hugo Victorinus: Qui in hac etate se dominant, & Deo se sociant, offerunt Deo hostiam viventem, placentem, immaculatam; econtra Regum Historia refert: Erat peccatum puorum grande nimis coram Dño; decet igitur juniores, & maiores nati vereri, & prius discere quam ep: ad Ruth oq[ui] quidquam: hinc S. Hieronimus dicit: Mihi pla-

placeat, ut habeas sacerdotium confiternium, nec ipse te doceas 393.  
& absque dictatore ingrediari via, quam nunquam ingressus es, statim que hibi in partem alteram declinandum sit, & errori patetas, quod totum huic iuveni accidisse videbimus, quod superiora monite non servaverit.

Pater, da

mihi portionem substantiae, qua me contingit, inimicus  
disciplinæ ac potestatis patria, vult in sua esse potestate  
ac de se ipso presumens jam de bonis proprio arbitrio  
disponere: Ex quibus frequenter oriuntur iuvenismi  
perditio: Ne innataris prudenter hoc, monet Sapiens, & Prov. 3.  
S. Hieronimus: Bonum est obedire majoribus, & vita sua ep. ad Demet.  
sua tramitem ab aliis discere, nec preceptor uti pessimo,  
scilicet presumptione sua, & ipsa docet Sapientia: Prov. 5.  
Fili, ne recedas a verbis oris mei, ne gemas in novissi-  
mis, & dicas; cur deestatus sum disciplinam, nec audiri  
vocem docentium me, : Atque hic S. Bonaventura no-  
tat: Hic adolescens petit partem suam, cum relinquat  
vult libertati sue, ut iam non secundum imperium  
gratior, sed secundum nulum voluntatis sue incedat,  
hic quoque divitiarum preproperam cupiditatem vi-  
tandam adverte, de quo parentes arquit S. Cyprianus  
dicens: Filios tuos doces, patrimonium magis amare,  
quam Christum, cum teste Apostolo, radix omnium  
ma-

intendit  
appositum.

16. de opere  
et electione

1. Tim. 6

394. malorum sit cupiditas, & ex eodem Cypriano, tentatio  
de habi-  
ti virginis est patrimonium, & sive 18. habetur: Quam difficile,  
qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt: He-  
Prov: 28. por enim est pauper ambitans in simplicitate sua, qua  
dives in prabis itineribus,

Et divisit illis substantiam  
suam: nimirum indulgens pater, qui filii appetitus  
frœnare debuerat, nimirum que dissolutionis continere  
cupiditatem, non modo chiporhunc petenti partem  
irrogat, sed duobus fratribus divisam imperititur subs-  
seru: 1. tantiam: illum tamen sic excusat Chrysologus: Pe-  
tentie uno, ambobus totam substantiam mox divisit,  
ut scirent filii, quod ante tenebat pater non fuisse  
avaricie, sed amoris: providentia, non invidentia, no-  
dedisse: Universim tamen caveant parentes prema-  
ture filios sue libertati relinquere, vel ad aliquem vi-  
in Sedam: te statim destinare: unde resultat, quod s. Bernar-  
dus deplorat dicens: Huic parvulo, & forsitan nec-  
dum halo Ecclesiastica jam beneficia provida paren-  
tum sollicitudo parabat: illum Praepositus, aut Deca-  
nus, ut sibi succederet, plusquam materno educavit  
affechi, in deliciis enutriens, & delictis. ille dignus Archi-  
diaconatus, quia filius principis; magis autem si sit  
Episcopi cohædrinus: in quo nimirum sola videatur  
Episcopata progenies. Tandem & filiis, & parenti-  
bus

bus sit ad cautionem, quod S. Hieronimus dicit: <sup>Sc. 595.</sup>  
pē magister peccat, sēpē discipulus, & nonnunquam <sup>in c. 6.</sup> <sup>Nichaa.</sup>  
patris vītūm est, nonnunquam filii, ut male eruditā-  
tur,

## §. II. Hujus Filiij Prodigalitas

**Textus:** Et non post multos dies, congregatis omnibus, adoles-  
centior filius peregre profechus est in regionem longin-  
quam. *Sac. 15. v. 13.*

Et rōi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. *Ibid.*  
Et postquam omnia consumasset, facta est famis valida  
in regione illa. *v. 14.*

Et ipse caput egere

Et abiit, & adhuc sit unci civium regionis illius, et misit illum  
in villam suam, ut pasceret porcos. *v. 15.*

Et capiebat impiēre ventrem de siliquis, quas porci manducabant,  
& nemo illi dabit. *v. 16.*

Accepta hæreditate à patre junior filius abs-  
mora discessum parat de domo paterna; atque à pa-  
tris & fratribus dulci se segregat contubernio, & quidem  
longius profiscitur, ut cuius cupiditatis serviat, qui-  
bus satiandi locum expendit patrimonium, ita ut jam  
nec vita sustentationi comparande quid remanserit, ac-  
cedente in ea regione communī fame mortifera: un-  
de egestate compulsius cuidam è dihoribus se condu-  
xit, à quo porcis pascendis proficitur, quorum sili-  
quas famelicus appetebat, quin ei ad debitum viciū  
suppeterent: in eam que devenit miseriam, qui in  
pa-

596 paterna domo cunctis abundabat subsidiis

*Et non*

post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregrinè profectus est, sic divites, cum terrenis bonis addicti opes agglomeraverunt, à spiritualibus perlongè recedunt, ita ut de congregandis animæ divitias vix, ne vix quidem permitti cogitent: Cassianus

lib. 6. c. 13.

in Sue. 16. p. 1.

dixit: Divitiae non solum possidenti, sed etiam dispensatori factæ sunt causa peccati, ut raro, & difficiliter sit possidere divitias, quin inducant in animarum pericula contrectatores; S. Hieronimus: Omnis dives, ait, aut iniquus, aut inqui hæres, S. Cesarius hoc ultissimum similitudine: Arbor ulmea significat divitem in hoc mundo, sicut enim arbor illa sublimis est, amena, & humida, & tamen fructibus vacua: ita & quicumque dives seculi hujus... à fructibus aeternæ vite vacuis remanebit,

vnde Christus Dominus intimat: Non potestis Deo servire, & mammonæ, super quo Magnus Augustinus sic

Matt. 9. Se Serm.

Ob in Monte

c. 14.

habet: Palieatur durum & perniciosum dominum, quis quis servit mammonæ, sua enim cupiditate implicatus subditur diabolo: & ideo additur in regionem longinquam: quantum namque distat à domo Dei qui diabolo se subjicit

*Et ibi dissipavit substantiam suam, vivendo luxuriose, quia qui se subducit à cons-*

conspicere patris luminum, cibis ab eo recepta dona 397.  
deperdens in visionum tenebris habitat. S. Chrysolo- sern. 1.  
gus: Ecce, inquit, quemadmodum sine patre census  
nudavit filium; non ditavit census filium, tulit de gre-  
mio patris, ejecit de domo, exemit patriam, spoliavit  
famam, exuit castitatem. & addit: Ecce quid facit cupi- idem.  
ditas praecepit: quod vita, quod morum, quod libertatis,  
quod est glorie nihil reliquit. S. Ambrosius: Eternum si. 7.  
vit, qui recedit a verbo Dei, esurit, quia non in solo in s. 11.  
pane vivit homo, sed in omni verbo Dei; qui recedit  
a fonte, sitiit; qui recedit a Thesauro egit... semper fa-  
mem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri,  
sed in quo substantiam dissipavit? in luxuriis, in vi-  
tiss. quia, ut belle S. Bonaventura: His peccatis non  
solum dissipantur animæ vires, sed etiam corporis mem-  
bra. & divite temporales, ac per hoc dissipatur to-  
ta hominis substantia, scilicet rerum, membrorum, &  
merum.

Et postquam omnia consumasset, facta est  
fames valida in regione illa, sapè Deus communita-  
tem flagello punit pro unius peccato privati; cuius  
hanc dat causam Theodoreus dicens: Tanta Dei be- Apud  
nignitas est, ut peccatorum causa suos famulos ca- Barzia  
laminatibus, atque ut S. Chrysostomus ait: ut æ- tas

328. *tas peccatorum expers irato supplicet: sic enim*  
*S. Petrus Apostolus, ut notat S. Petrus Damianus,*  
*Oculis quibus non peccaverat, veniam impetravit,*  
*cum flevit amare, qui lingua seu loquela chris-*  
*tum Dñm negaverat. 8. Cyprianus: Plectur*  
*quidam, ait, ut ceteri corrigantur: Quare Salvia-*  
*nus de calamitatis loquens ad iustos sic ait: Ne-*  
*quaquam vobis dolenda est haec afflictio infirmita-*  
*tum, quam intelligimus matrem esse virum, ac de-*  
*mum perbene dixit Terullianus: Revera lues, &*  
*fames, & bella pro remedio depitanda, tanquam*  
*tonsura insolentis generis humani,*

*Et ipse co-*  
*s. r. in fin: pit egere: Merito, dicit S. Ambrosius, copit egere,*  
*qui thesauros sapientiae, & scientiae Dei, divitiarum*  
*que caelestium altitudinem dereliquit. S. Chrysosto-*  
*Orat: 4. de nra: mus hic ait: ibi animæ divinas omnes perdidit, ibi*  
*in deliciis agens naufragium fecit, ibi ludens, & delensis*  
*pauper fachis est; ibi corruptrices animæ voluptates*  
*mercatus, & risum emens extrema lachrymarum*  
*accepit, Quod bene ad Religiosum ordinem deserer-*  
*Spec: mor: tes sic transvertit Cardinalis Vitales: Flante im pelle-*  
*tit: de Relig: te, & conquassante istas stellas vento Tentationis ambi-*  
*tionis, divisionis, suspicionis, carnalitatis, deordinationis,*

& dissolutionis, cecidimus evidenter de statu perfectionis 399.  
ad terram infirmans; & Gillibertus Abbas ad Monachos  
inobsvrantes, cum ait: Ordinis nostri cernite viros, quam <sup>Serm: 47.</sup>  
admirabile erat nomen eorum in universa terra, quan-  
do visi in plateis, statim cogniti pro sanctitatis signo erat  
in eis; nunc autem nullo religionis discriminne signati  
sunt a ceteris. Mutatus est color optimus, dispersi sunt  
lapides Sanchuarii in capite omnium platearum; non ag-  
noscaur in eis nativis candor, non niger, non rubor,  
non pulchritudo,

Et abiit & adhæsit uni civium regionis illius, & misit illum in villam suam: Qui suis hescivit  
imperare cupiditas misere earundem servitute cons-  
tringitur: hinc Chrysologus: Cupiditas, inquit, civem in serm: 1.  
peregrinum, filium in mercenarium, in egenum locu-  
plicem, liberum mutavit in servum: s. Chrysostomus orat: 4.  
Et misit eum, ait, in villam suam civis ille, ut parce <sup>de si: p. 11.</sup>  
ret porcos; cives autem regionis illius sunt demones,  
qui sic honore afficiunt, qui illos honore prosequuntur;  
talia dona largiuntur illis qui sibi obediunt; Atque  
s. Bonaventura: Frequenter peccator, qui huiusmo-  
dis (seumundi) querit delicias, in isto Dei iudicio per-  
det illas, & pro deliciis rigorem, asperitatem, ac ama-  
rihidinem inveniat;

Et cupiebat implere ventrem <sup>de</sup>

400. de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Ecce typus peccatorum, qui Dei optimi patris reliquo simulatu, ubi cibo filiorum, & pane Angelorum nutriebantur, iam caelos fastidiant, & terrena concupiscunt exultantes in rebus pessimis: Siliqua, ait S. An-  
in quaest: gustinus, seculares sunt doctrinae, sterili vanitate reso-  
nantes: Theophylactus dixit: Assimilatur siliqua pecca-  
tum, dulcedinem habens, & asperitatem, delectat enim ad  
tempus, cruciat perpetuo. S. Gregorius ad illa verba:  
job: 30. 4. Et radix juniperum erat cibis eorum, sic ait: Arbor  
juniperi pro foliis punctiones habet.. spina vero est  
in Moral: omne peccatum, quia dum trahit ad delectationem, que-  
si pluigendo lacerat mentem: & iterum Chrysologus:  
serm: i. Cupiditas, inquit, cupiditas junxit porcis, a patre piissi-  
mo quem se junxit, ut serviret canoso pecori, qui  
pietatis sancte servire contempsit.

### S. III. Hujus Filij Mutatio

Tertius: in se autem reversus dixit: Luc: 13. 17.  
Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus.  
Ego autem hic fane pereo. ibid:  
Surgam, & ibo ad patrem meum. v. 18.  
Et dicam ei: pater, peccavi in calum, & coram te. ibid:  
Post tot expertas calamitatum arumnas, ut ut re-  
xatio dat intellectum, tandem hic prodigus ad cor-  
suum rediens, coepit recte sapere, & stolidam praeteri-  
tam

401.

tam deplorare; in memoriam revocabat quæ & quæ-  
ta in domo patris reliquerat, huiusque vel servos se  
feliciores dgnoscet, qui tanta nunc premebatur in-  
opia: unde intra se statuit ad patrem redire, de cu-  
jus benignitate certum sperabat misericordia presentis  
remedium; atque hunc proponens rediit humilem  
parabat delictorum confessionem apud pius patrem  
depromendam.

In se autem reversus, dixit: ut qui ab  
ebrietate gravi ve somno experciscitur jam ut ante  
recta eliquitur, appetit, & concipit, sic, qui divina  
permotus gratia de profundo peccatorum sepulchro  
reviviscit, & ad deum suum converhiatur. s. Chrysolo-  
gus: In se rediit, ut rediret ad patrem, qui a se ante  
recesserat, cum recessu à patre: Tunc autem, iuxta  
Eundem, in se habitat homo, si se habet, ut operetur  
non secundum concupiscentiam, sed secundum rectam  
rationem, & Theophylachus: Quamdiu, inquit, male  
agebat extra seipsum erat, nam qui non bene guber-  
nabit ratione extra seipsum est, & non manet in sua  
substantia: Tihis vero Bostrensis tecum sic opini-  
me explicat: In se reversus, hoc est, priorem felicita-  
tem cum posteriori miseria conferens, qualisque &  
quanhis, quando cum patre adhuc degebat agman-  
ani.

serm: 1.  
serm: 56.

402. animo pertractans, quām tēter, & miserabilis tandem  
postquam Deo deserto, dæmonibus cœpit esse obno-  
xius, evaserit; iterumque expendens: ista cogitatio  
restpiscensis est;

Quanti mercenarii in domo patris mei  
abundant panibus: à vilioribus consequentiam dedu-  
cit de gravitate prateriti sui erroris: quasi diceret  
in catena ait S. Chrysostomus: Ego non alienus, filius domini pa-  
tri, ego liber, & generosus factissimum misericordia mer-  
cenarii, à summa celsitudine prime nobilitatis ad  
infimam humilitatem delapsus sum, in hoc jam  
Philip: 2. illud Apostoli secundis constitutum: superiores sibi  
invicem arbitrantes, & super quo S. Anselmus: op-  
timè docet, ait, quomodo vitent contentionem, & ina-  
nem gloriam, & quomodo arbitrenhir alios superiores  
scilicet si consideraverint, non sua bona, sed aliorū

Ego  
autem hīc fame pereo, suam profundiè considerans  
adversitatem presentem, firmius proponit intentam  
Serm: 2. emendationem, ut notat Chrysologus, cum ait: Fa-  
mes revocat, quem sahiritas exularat, fames illi  
in P. 70. patrem dedit sapere; & ut habet S. Augustinus:  
Fame correchis est, qui sahiritate à superioribus  
abscesserat, sic peccator suam recognoscens misera-  
it

illuminaatur a Deo, ut conversionem proponat ac <sup>403.</sup>  
festinet: unde S. Ambrosius dixit: ipse illuminat in 29:36.  
omnem hominem venientem in hunc mundum, hoc  
est, illum qui se hominem esse cognoscit, ut refugiat  
equorum libidinem, & ut S. Paulinus: illuminat <sup>epist: 4.</sup>  
omnem hominem, id est, dicit, omnis hominis mens: <sup>ad sever.</sup>  
solicitat enim nos ab aspectu praesentium, in suspec-  
tum aeternorum, atque hoc est aduersitatis bonum ma-  
ximum: unde dixit Terullianus: gratulari, & gau- <sup>lib: de</sup>  
dere nos deceat dignatione divinae castigationis, & <sup>Patentia</sup>  
S. Chrysostomus ad verba Davidis: Narrabo opera <sup>29:17.</sup>  
Dñi: sic roget: Quoniam opera, dic quae es  
narrariis? subiungit: castigans castigavit me Dñus:  
Non solum enim agit gratias, quod fuerit liberatus,  
sed etiam quod ceciderit maximum agnoscit bene-  
ficium, & dicit lucrum tentationis. Hinc idem S. Pro-  
pheta dixit: Bonum mihi quia humiliasti me, ut <sup>29:18.</sup>  
discam iustificationes tuas, ~

Surgam, & ibo ad patrem  
meum: Ad peccati cognitionem, & eius detestationem  
sanctum sequitur confessionis propositorum; sed que-  
rit Chrysobius: Qua spe, qua fiducia, qua confiden- <sup>serm: 2.</sup>  
tia? qua spe? illa quia pater est; ego perdidit quod  
erat filii, ille quod patris est non amisit. urgehur  
pa-

404. patris viscera iterum filium genitrix per veniam,  
in p. 138. S. Augustinus ait: In ergam dicit, sed erat enim, sed  
in egestate, surrexit in desiderio patris tui, & quia  
ex S. Hieronimo: Peccatorum iacere, iustorum sta-  
tus: re est, unde S. Chrysostomus hortatur: Sic & nos  
faciamus, ne piget nos longitudinis viae, quia si  
voluerimus, fiet regressus celer, & facilis, & Guar-  
tianus Abbas: Fratres mei, dicit, licet non simus ta-  
re nobis puritatis consci, eamus nihilominus, eamus  
videre Iesum.. eundo via prius arcta & difficultis di-  
lataetur.

Et dicam ei: pater, peccavi in cœlum &  
coram te, ipsa jam confessionis verba meditatur,  
ut eam primo patris occursit percusat, ita ut S. Gre-  
gorius Nyssenus dicat: Confessionis meditatio placavit  
ei patrem, & S. Chrysostomus: ita iram Dei sisit,  
in cœlum divinam revocavit. tantum scilicet  
valet confessio. Gilliberthi Abbas: iste, inquit, de  
in cant: inquirendo nihil movebitur pabre, tantum defleendo  
sollicitus. Quæ sponsa est certa de gratia, postulat  
presentiam tantum.. Vide, quoniam patris expo-  
sita est, & parata cunctis indulgentiæ. Tandem  
verba texhis sic bene expandit Thibis Bosiensis:  
Peccavi in cœlum & coram te, ait, propter quod  
divinitatis tuae lucem intueri vereor: nam & ani-

mi & corporis oculos immundos habeo: pro omnibus <sup>405.</sup>  
autem malis plurimum me incusant instan*æ* libidines,

#### S. IV. Prodigus ad patrem reversus veniam precatur. ♀

**T**extus: Et surgens venit ad patrem suum. Lxx 15. A. 20.

Dixitque ei filius: Pater, peccavi in caelum & coram te, jam  
non sum dignus vocari filius tuus. A. 21.

Tac me sicut unum de mercenariis tuis. Ibid.

Cum filius iste conversionem ac reditum ad patrem in-  
tra se stahisset, illico propositum exequitur, quod de-  
creverat implevit, viam ergo iniit, & in occutsum pa-  
tri proficiet, quem, ubi vel se querentem reperit,  
stahim humiliter veneratus, ad ejus peccates provolvitur,  
& demissam peccatorum confessionem instituit, propriam  
indignitatem proficitur, ideoque non jam filij, sed ser-  
vi munus in domo paterna flagitat, solum que de  
patris fidens misericordia, vel minimum ab iudicis  
locum audet expirare exposere. ♀

**E**t surgens venit ad  
patrem suum, in quo docemur <sup>divinis auxiliis</sup> qua-  
totius respondere, bona que proposita sine mota ex-  
equi: quia ut ait S. Chrysostomus: Considera, cum <sup>Hom. 47.</sup>  
<sup>in genes.</sup> quod a nobis est offerimus, largiter <sup>divinam</sup> operatio-  
nem consequimur: nam ne desides, & impini simus,  
vult

406. vult etiam nos aliquid conferre... ut suam declaret  
liberalitatem, expectat, ut offeramus, quæ à nobis  
Serm. 8. ad sunt: S. Augustinus: Bonum, inquit, inchoare, &  
<sup>PP. in epomo.</sup> malo fine concludere, quid est aliud, quam monstruo-  
sas res confidere. Cave, ne actio tua monstrum mane-  
at, enim erit fœtus ventris, si capiti non cor-  
L. 12. Mor. c. 24. respondeat finis, & ut habet S. Gregorius: Non in-  
ficiendum est, si vinea floreat, sed si flores ad partum  
fructuum convalescant: quia minum non est, si quis  
bona inchoet, sed valde mirabile est, si intentione rec-  
ta in bono opere perduret. Origenes item sic in-  
Pom. 10. in exod. tulit: Perfecti ergo sunt viri, & fortis, qui statim, ut  
concipiunt, pariunt, id est, qui concephim, fidei verbū  
in opera producunt.

Ad patrem suum: hic dubium  
416: 7. insue: proponit & resolvit S. Ambrosius dicens: Ovis à pas-  
tore lassa revocatur, ad patrem filius suis vestigis re-  
dit, & respondet: Malo ego filius esse quam ovis;  
ovis enim à pastore reperiatur, à patre filius honora-  
tur, & expressius S. Hieronimus: Hæc, inquit, inter  
Epist. de 2. Thess. parabolas supradictas ratio distinctionis est secundum  
personas, vel mentes peccantium, ut pater filium non  
requirat peregrinantem, sed recipiat pænitentem;  
pastor vero ovem errantem, & non sapientem rever-  
ti, requirat, & humeris suis referat. Dixit

Dixit que ei filius: Pater, peccavi in celum & co-<sup>407.</sup>  
ram te: hic suam instituit confessionem, suorum ipse-  
ponderat gravitatem peccatorum, quib[us] optimum est ve-  
nia obtinenda medium, contributio[n]is que concipiendae. Isi-  
dorus Belisiot[us] <sup>2. epis: 48.</sup> bene notat: Quoniam plerique deli-  
ta sua occultantes alios condemnant, hic autem se ipsū  
condemnavit, eamque qua[ntum] suprum admisisse credet-  
tur (loquuntur de ihuda. Genes: 38.) suppicio & cruciatiu[m]  
liberavit: ob eam causam hanc iniuria regiam digni-  
tatem est assecutus. : S. Ambrosius: Plurimum, ait, sub: in 2. 37.  
fragatur reo verecunda confessio, & penam, quam evi-  
tare non possumus, pudore sublevamus, nam ut ait  
S. Augustinus: Enumerationi meritorum preferitur con-  
fessio peccatorum, & Salvianus: Hoc solum malis  
nostris addere possumus, ut nos innocios judicemus, <sup>L. de S. Virg:  
C. 32.</sup> Provid:  
S. Chrysostomus de isaia loquens, dicit: Tēcum reprisi: 6. 5.  
ta, quān[t]um incri ex confessione, seipsum accusavit  
& confessim expurgatus est. S. Gregorius: Lazarus <sup>Aom: 26.</sup> in Evang:  
diciatur, veni foras; ac si aperte cuiilibet mortuo in  
culpa dicerebatur: cur realum tuum intra conscientiam  
abscondis?: foras jam per confessionem egredere, quia  
apud te per negationem latet: veniam itaque foras  
mortuis, id est, culpatum confiteatur peccator, & S. Am-  
bosius: Veni foras, ait, hoc est, quia iaces in tenebris  
cons-

408. conscientiae, & delictorum tuorum sordibus, exi foras;  
delictum proprium prode, ut justificeris, jam non sum

dignus vocari filius tuus: sincere Confessioni necessaria-  
riam jungit humilitatem, adeo gratiam omnium Pa-  
tri, & venia assequenda praे omnibus ap̄hissimam vir-

29. 50. titutem, iuxta illud: Cor contritum & humiliatum Deus

<sup>in Matth.</sup> <sup>18.</sup> non despicies, - S. Hieronymus: Qui talis fuerit, ait,

qui Christi imitetur humilitatem, & innocentiam, in  
eo Christus suscipitur: S. Bernardinus Senensis: Hu-  
militatem habentibus, dicit, merito ostium revelatio-  
num, & magnorum donorum, & consolationum à Do-

<sup>Apud</sup> <sup>Silvagni:</sup> <sup>in</sup> <sup>Apoc.</sup> mino aperiatur, & belle sic habet Thomas Angli-

cus: Christus leo in retribuzione æquitatis; hæc est  
enim Leonis natura, quod humilianti se, & præster-  
nenti ad suos pedes mitem se præbeat, stantem ve-  
rò, & rebellantem prosternat, sicut facit Dominus,

in Ps: Hinc S. Augustinus in illo Ps: 140. Pone Dñe; .. os-  
tium circumstantiae labiis meis, nota: Non dixit  
claustrum, sed ostium; ostium & aperitur & clau-  
ditur; aperiatur ad confessionem peccati, clauda-

<sup>Apud</sup> <sup>Borzan</sup> tur ad excusationem, item alibi: Qui se ipsum ac-  
cusat in peccatis suis, hunc diabolus non habet ite-  
rum accusare in die iudicij,

Fac me sicut unū  
de

de mercenariis huius, hoc etiam infra se proposne.<sup>409.</sup>  
rat prodigus dicere patri suo, nec tamen sibi occur-  
rensi dixit: cuius hanc adducit rationem S. Angusti-<sup>L. 2. q. 33.</sup>  
nus dicens: Non addit, quod in alia meditatione dice-<sup>in Evang.</sup>  
rat, cum enim panem non haberet, vel mercenarius es-  
se cupiebat, quod post asculum patris generosissime jam  
deditigatur, Cajetanus vero hanc: Tanquam absorbus  
à paterna benignitate, tanquam jacens se totum in pa-  
ternam gratiam, nihil petit, sed solum constitetur pecca-  
tum & iniquitatem: quia, ut bene Gilberthus Abbas, <sup>Serm: 4.</sup>  
<sup>in Cantic:</sup> Tunc, nimir exitem ac macilenta spem reposuerat  
in sinu suo mercenariam conditionem patrem roga-  
turus, modestè quidem pro meritis, sed de paterna  
miserationis copia humiliter nimis, & injuriorē sen-  
tiens, verē famelici dans in hoc animi iudicium, & ine-  
dia confecti: non enim poterat jejunam & maceram  
spem ad majora porrigitere, & verò, ut ait S. Chryso-<sup>Serm: 10.</sup>  
logus: Reverā, frātēs, filium se esse nescit, qui an-  
tōrem vitæ suæ non obsequijs placat: cur quoque  
hoc tacito, illid solum aplo patrem prohiberit, sic  
innuit S. Paschasius: Hoc quippe insinuat filius <sup>L. 3. in</sup><sup>Matt:</sup>  
ille prodigus, qui quamvis non audiat, nec dignetur se  
filium vocari, tamen nihilominus eum patrem appellat,  
quem scierat non posse mutari, ¶ §.

# S. V. Quomodo pater filium prodigum suscipiat?

**Textus:** Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius,  
 & misericordia mōbis est. *Luc. 15. v. 20.*  
 Et auerens cecidit super collum ejus, & osculatus est eum. ita:  
 Dixit autem pater ad servos suos: cito proferte stolam prīmam,  
 & induite illum. *v. 22.*  
 Et date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus. *ibid.*  
 Et adducite vitulum saginatum & occidite. *v. 23.*  
 Manducamus, & epiuemur, quia hic filius meus mortuus erat, &  
 revixit. *v. 24.*

**Antequam** filius animo conceplam, opere expleret, ut-  
 pote adhuc à patre suo distans, hic à longè visum il-  
 lum sua misericordia prævenit, atque nullam passus  
 moram ad illum accubrit, stricissim⁹ cum in sibi con-  
 tringens amoris amplexu, atque pacis osculo necdum  
 peñtam offerens veniam; max⁹ filij audita confessione  
 humili, pristinis cum jubet ornari indumentis, toga nem-  
 pe talari, qua filii nobilium uti solebant, alioz̄e quā  
 que ille viatoris habitum sumens in domo patris reli-  
 querat; ultro jussit pater aureo deconari annulo, in  
 concessa libertatis signum, voluit ⁊ speciali convi-  
 vio recuperati filii celebrare ad ienitū, sibi que co-  
 vivas dedit, tāt̄ quasi de redivivo grañulari 

Cum  
 autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, &  
 misericordia mōbis est: ita caelēsis pater misericordia-  
 rum

rum peccatores clam à se longè aberrantes videns <sup>44.</sup>  
benignus attrahit, sorriter excitat, misericors aspicit  
& revocat: unde Titus, Deus, inquit, hominum pene-  
tentiam sua misericordia, & benignitate solet ante ver-  
tere, sed tamen, ut notat Nisennus, Confessionis medita-  
tio ad hanc facilem ei patrem efficit, sed Chrysologum au-  
diamus: Pater ait, vidit illum, ut ille patrem posset at-  
tendere, patris visus illustravit filii venientis aspergitum,  
ut tota figuraetur obscuritas, quæ circumfusa fuerat de-  
reatu: nisi ergo caelis Pater radiasset redeunis filii in  
vulnus, & totam confusionis caliginem respectibus sui lumi-  
ne suskulisset, nunquam divini vultus vidisset iste filius  
charitatem: ex quo licet cum Ambrosio deducere: Tar- in Ps: 37.  
dius votum precantis, quam remunerantis est premium,  
accurrens cecidit super collum ejus, & osculatus <sup>Est</sup>  
eum: ubi Dei peccatores recipientis & insinata iterum  
pater clementia, & condonantis magnanimitas, qua pre-  
teriorum quasi oblitus ea non exprobrat de eis pecca-  
tori non improparet, sed omni ex parte se demonstrat  
placabilem; quod Surius ponderat per hoc verba: Non <sup>lib: 1.</sup>  
exprobrantur facinora, non luxuria, non egestas, sola  
conversi reversio omnia damna compensat, quia ma-  
ior fuit proculdubio patri facultas rebitus, quam rerum  
facultas, s. Chrysologus sic habet: Delicta non videt vis-<sup>ser: 3.</sup>  
amo -

412. amoris, & ideo pater peccata filij redemit osculo, clausit amplexu, ne nudaret pater filij criminis, pater filium ne sedaret, & s. Chrysostomus dicit: Oscularitur os ejus, per quod emissum de corde confessio paenitentis exierat, quam pater laetus excipit.

<sup>Homo insueci</sup> Dixit autem pater ad seruos suos: citò proferte stolam primam, & induite illum: haec stola, vestis est illa nuphalis, qua exulti cum Deo non possumus conversari, est gratia perdita, quam paenitentibus liberaliter redonat Deus: ad quod ven: Beda: Pater occurrens, inquit, non contentus minora concedere, prishincæ filiorum restituit dignitati, henc jam non de mercede conductoris, sed de hereditate fecit cogitare parentem: obviè hic concipe de nuditate pudorem: <sup>Hi ecce</sup>, ait Chrysologus, quod à servis ante vesciri voluit, quam videri, ut soli patri nota esset nuditas, quia pater solus videre filii non poterat nuditatem: quare Pius quidam Auctor sic de Adolescenti B. V. Marie Congreganista in natatione merso ipsam Deiparam loquentem inducit:

{ Ne mirare, menim mergi potuisse sodalem;  
Nam qui sic perire, non fuit ille meus.  
Cinxerat induit latus pia Virgo clientis,  
Ut vidiit nudum, fugit, et ille perit.

Demum verecundiae, & pudoris laudes audi à Sto  
serm: 86. Bernardo dicente: Verecundia est gemma morum,  
in carnis virga

virga disciplina, soror continenter, lampas pudica  
mēritis, expunctrix malorum, & propagatrix puritatis  
innatae, specialis gloria conscientiae, & famae custos,  
vitae decus, virtutis sedes, virtutum primitiae, naturae  
laus, & insigne totius honesti.

Et date annulum in manu ejus, & calceamenta in pedes ejus: annulus ille  
indicit quomodo animam de peccato redivivam sibi  
in sponsam Deus copulat, ac firmiter conjungit: Annu-  
lus, ait S. Augustinus, est Spiritus sancti signus: gratia  
enim participatio significatur per digitum, s. Chrysol.  
Posuit annulum in manu ejus: annulum honoris, titulum  
libertatis, insigne signus spiritus, signaculum fidei. Per  
calceamenta intellige gratiam illam ad dirigendos pedes luc:  
in viam pacis, de qua Zacharias in suo Canticō, vel ut  
Chrysologus interpretatur dicens: Date calceamenta ser: 3.  
in pedibus ejus, ne vel in pede remanere deformitas  
nuditatis: certe ut calceatus anterioris vitae rediret  
ad cursum. s. vero Chrysostomus ait: Mandat pa-  
ter calceamenta pedibus imponi propter cooperie-  
da vestigia, ut per lubricum mundi istius iter fixius  
incedat.

Et adducile vitudum saginatum, & occidi-  
te: Hic opportunitate Doctores seriem adverbiū prodī-  
re co-.

414. rectione neoconversorum: Beda, Notandum, ait,  
quod ante stola prima, ante annulus, ante calceamen-  
ta praestantur, & sic deinceps vitulus immolatur, quia  
nisi spem quisque primae immortalitatis induerit, nisi  
annulo fidei opera præmunierit, nisi ipsam fidem ipse  
confitendo prædicaverit, non potest sacramentis interes-  
<sup>L. 3. ne</sup> se calestibus. S. Basilus, Qui dicit, per Baptisma re-  
<sup>Baptisma</sup> generatis est, participatione deinceps divinorum myste-  
riorum nutriti debet, Opportuit enim certe (ait S. Gy-  
<sup>Cathesis</sup> rillus Hierosolymitanus) ut non solum anima per Spi-  
4. mystag: ritum sanchim in vitam beatam ascenderet, verum  
etiam ut rude atque terrestre hoc corpus, cognatosibi  
gusthi, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur;  
<sup>in Catech.</sup>  
<sup>Hoc de doct.</sup>  
<sup>Filiis.</sup> Unde S. Chrysostomus ait hic opportune: Christus vi-  
tulus dicitur ob immolati corporis hostiam, saginatus,  
quia pro totius mundi salute sufficit.

Manducemus &  
epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & revixit  
ubi insinuat gaudium in celis super uno peccatore  
penitentiam agentem: gaudent & Angeli, ait S. Boni-  
venira, de penitentia hominis peccatoris, quia destrui-  
tur culpa, restituuntur iustitia, consultatur demonum su-  
perbit, efficax efficitur Angelorum custodia, reparatur  
Ecclesia, placatur ira divina, & restauratur iherusalem

445.  
in Apoc. 9. 11.

superna; Richardus autem Victorinus ait: Vox ange-  
lorum Iandanhium magna esse dicitur, ut exultatio, &  
congratulatio eorum de salvatione generis humani, &  
latis ab eis impensa Salvatori magna Designetur, ipse  
que Salvator mundi, qui non venit vocare justos sed pe-  
ccatores ad penitentiam tollies ad gaudium de horum  
conversione ad vocat; hinc bene Euthymius dixit: id os-  
tendit Deum vehementer sitire cuiusvis peccatoris pe-  
nitentiam, Sanchis item Hieronymus ait: Qui ad pa-  
nitentias immolatur salutem, ipse Salvator est, cuius quot-  
die carne pascimur, crnore potamur, ~

## S.VI. Pater ad filij senioris que- relam respondet ~

**Textus:** Erat autem filius ejus senior in agro, & cum veniret, & appro-  
pinquaret domui, audivit symphonion, & chorus. *Inci. 15. 25.*  
Et interrogavit quid haec essent? *N. 26.*  
Indignatus autem nolebat introire. *N. 28.*  
Pater ergo illius aegrenus, caput rogare illum,  
Dixit fratri suo.. nunquam mandatum tuum preterivi, & nunquam  
debet mihi haecum.. occidisti illi vitulum saginatum. *N. 29. & 30.*  
At ipse dixit illi: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: si  
Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus  
erat & revixit pariter, & inventus est. *N. 32.*  
Alter ergo filius hujus patris agriculturam colebat, cu  
autem casu ea die, qua frater eius adeo gaudenter re-  
cipiebatur in domo paterna, & ipse dominum rediret, &  
jam

416. jam prope accedens audiret concentum magna que exultationis indicia adverteret, vocatum ad extra seruum interrogavit, quia sibi vellet tantia laetitia: atque ut cognovit de fratribus advenitu patrem sibi adeo gratulari, rustica tachus invidia nollebat domum ingredi, donec ab ipso sibi occurrente patre regatus ad illum arrogans dixit. Ecce tot annis hibi servio. & c. propria commemorans meritam, fratribus vero preterita allegans de meritam. benignus autem pater, absita filii senioris iusta querimonia, pie illi blanditur, ut invidiam fratris deponat, & à protervia sua desistens ad dominum & convivium ingrediatur. Propriè hic senior filius personam agebat scribannum, & chariseorum omnium murantium quod Christus dominus peccatores, & publicanos susciperet.

Erat autem filius ejus senior in agro, terram quidem percolens, sed suæ mentis culturam negligens, ut qili solis & sine duce adolescentiam transi-  
ser: 4. gebat: unde S. Chrysologus: Erat in agro, ait, terram percolens, se desertans, durioram solvit cespitis, perdu-  
rat affectum; sentes eradicat & gramina, stimulos in-  
vidiae non evellit. Hoc namque in extensis labori-  
bus cavendum, ne eis ita insistamus, ut interni homi-  
nis curam prætereamus: nam ut bene Tythus habet:

Cu

Curae hujus vite intellectum addimunt, fidem obscurant <sup>417.</sup>  
& earum rerum, quae sunt utilles ac necessarie obliuio-  
nem inducunt: unde S. Puschasius ad illud: *Quid hic  
statim tota die otiosi?* <sup>Matt. 21.6.</sup> *Eos, inquit, tota die otiosos habuisse* <sup>S. 6. 9.</sup> *in Matth.*  
*Dicimus, quia non in labore legis fuerunt, non in aliqua  
Dei cultura, sed male statuerunt otiosi suis viribus detentis,  
credi contra Deum ne crederent.*

*Et cum veniret &  
appropinquaret domui, audivit symphoniam, & chorum,  
quam diversa hujus, & alterius fabris reversio; hic pa-  
nitens, & humiliis, ille superbus & arrogans, ut qui facta  
conversionem pharisaicam prefereret: hinc curiosus in-  
terrogat, *quia haec essent?* & ubi rescivit piam laetitiae  
causam, *indignatus est:* que sic Chrysologus commen- <sup>ser. 5.</sup>  
tatur: *Venit iudeus ad domum patris, id est ad Ecclesi-  
am: stat foris per invidiam. audit Davidicam citharam  
personare: audit ex consensu propheticq symphoniam,*  
*ex populi vario concentu choros audit, & intrare  
non vult, per invidiam stans foris: & quidem vero  
conversionis signum est zelus animarum, quo iste in-  
vidus desistens erat: hinc de Samaritana loquens S.  
Chrysostomus dicit: Venerat haurienda aqua gratia,  
& cum verum fontem invenisset contempserit alterum,  
& superna veniente gratia apostolico munere fungitur;* <sup>Pa-</sup>*

418. Pater ergo illius egressus caput regare illum, ubi  
S. Hieronymus exclamat: Quām benignus, & clemens  
pater, rogat filium, ut lēthiæ domus particeps fiat; sic  
quoque Deus, pater clementissimus, etiam pertinaces  
peccatores invitat, ut suæ gratiæ, quæ vera est animæ  
*S. in joan. 10. 36.* *lætitia*, participes efficiat. Hinc ex S. Grillo Christis  
cap. 9. aderat encœniorum solemnitati, ut populo suæ doc-  
trinae dona elargiretur, & divinitatis sue mysteria  
patefaceret. Hinc ex Apoc. 2. 1. ambulat in medio  
candelabrorum aureorum: Bene itaque (ait Haymo)  
dicit quod ambulat in medio candelabrorum aureorū  
ac si aperte dicerebatur, Tambiu inter electos, & reproboſ  
exhortationi verbo discurrit, quisque inveniet, apud  
quem per opera virtutum mansionem faciat. Verum  
Deo ita clementer prævenienti cooperandum, pulsanti  
aperiendum sic monet S. Chrysostomus: Considera;  
inquit, quando quod à nobis est offerimus, largiter di-  
vinam operationem consequimur: nam, ne desides, & sus-  
pini simus, vult etiam nos aliquid conserre, quos sic sua  
declaret, & non totum sit superni auxilii, sed oporteat  
etiam nos aliquid simul afferre .. ut suam declarat li-  
beralitatem, expectat, ut offeramus, quæ à nobis sunt.  
Dixit  
patri suo: nunquam mandatum tuum preferivi, &  
nun-

nunquam dedisti mihi hædum: ecce quomodo seipsum jactans laudat, in eo longe distans à justo qui prior est accusator sui. in proprias laudes, ait S. Cyprianus, odiosa jactatio est. Quamvis non jactantem esse possit, sed gratum, quia quid non virtutis hominis describitur, sed de Dei munere prædicatur, & S. Isidorus L. 3. Epist. 270. Pelusio: Qui in gloria & splendore est virtutum suas occultat, & S. Chrysologus sic illud expendit: Nunquam mandatum tuum preterivi. Hoc tibi non tua innocentia, sed patris venia dedit, qui multa charitate delicta filij maluit regere, quam nudare; quam jactantiam sic refutat S. Hieronimus: Quasi non sit preterire manu epist. 146. dahim, salvi fratris invidere, cur autem sibi hædum appellat, audi à S. Ambroso: Non enim, ait pro invi- insue: dia, sed pro venia mundi agnus occisus est: invidus hædum querit, innocens pro se agnum desiderat immo- lari. Tandem S. Paschalius dicit: ille senior filius I. de Euch. c. 22. de agro reversus, sed male contra dulcissimum patrem inuidia permotus, objurgans ait: nunquam dedisti mihi hædum saltem: & quam iustè, quid profecto cœca his mēte, noluit intrare in his, nec corde repenitere: idcirco prorsus ex omnibus bonis paternis, nec hædum meruit acquirere, dum vihius repenitenti filio juniori tenerrimus im- molatur;

420. Occidish illi vitulum saginatum; ubi suam clari-  
us indicat invidiam, nec fratris titulo illum honoris,  
sed de illius felicitate dolens; Qui fratrem redemuntem, at  
serm. 4. S. Chrysologus, de suo decorare debuit, non debuit de per-  
ditu sic fædere, sed multa mala mundū induxit invi-  
dia: quando invidus non avarus? inquit idem Doctor,  
quando quidquid habet alter se computat perdidisse;  
Epist. 7. Audi S. Bernhardum: Nesciis, quia inuidia diaboli  
mors intravit in orbem terrarum? Attende itaque hibi,  
si ubi inuidia, ibi mors, non potes simul inuidere, & vi-  
Hym. 4. vere, sed pereleganter Chrysostomus dixit: Sive mis-  
ad pop: rearis, sive vigiles, omnium es scelestissimus, cum invide-  
as fratri; & hoc illinc est manifestum. Quidam olim apud  
Corinthios fornicatus est, sed accusatus fuit, & brevi cor-  
rechis. Abeli Cain invidit, sed sanatus non est: quin &  
Deo statim ipsius ulceri curam aferente, magis intimes-  
cebat, & fluebat abitur, & ad cædem properabat. ita hoc  
vitium illo pejus est, nec medicinae quamcumque adhibue-  
rimus, facile cedit. Hæc sanctis Doctor

At ipse dixit

illi: fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.  
Hæc mihi maxima patris ad arrogantem filium responsio;  
O! quid facit vis amoris, (acclamat S. Chrysologus) —  
quamvis malo filio non esse nescit, non esse non potest  
pater: videt filium degenerasse animo; videt paternæ pie-

pictatis, paterni generis nihil habere, & tamen nunc  
pat filium. Disce obiter, insultantibus, eham inferioribus,  
**blande** respondere, vel populus tacere, ut consultit s. Gre-  
gorius dicens: imitatione eterum Dei gloriosius est, inju-  
riam facendo fugere, quam respondendo superare, ni-  
si, ut hic, miti responsione utar. Quid sibi vult, ait  
s. Augustinus, omnia mea tua sunt, quasi non sint & fra-  
tris<sup>9:88.</sup> sed sic a perfectis & immortibus filii habentur om-  
nia, ut sint & omnium singula, & omnia singulorum,

Epis-

lari autem, & gaudente oportebat, quia frater huius hic  
mortuus erat & revixit, perierat, & invenitus est. Dis-  
cant hic iusti spirituales desolationes sustinere, quia in  
tanhū eis verlunhir emolumenū, nec consolatione fruer-  
tibus invideant, quibus ablactantib<sup>s.</sup> heo justificatis clemens  
Dñus solet indulgere. Vide, inquit Abbas Hiliberhus, pro ser: 33.  
fluam Dñi Iesu gratiam: cum pœnitente filio gaudete eu-  
oportet, & epulari: quibus propitiatur improperare nescit:  
Simidia uti non novit clementia: sed cum justis interdu-  
fortiter agit Deus, ut justificantur adhuc: unde s. Pas-  
charius dixit: Cum servit Divina ira, ipsam et Dei boni-  
tas, ejus pietatem, ac clementiam magnopere declarat.

Ca-

# Caput XI.

## De Divite epulone

Opportunè hic postquam de peccatoris conversione extollenda egimus, succedit de Divite epulone parabola, in qua peropimè & perindaciam peccatoris caverdam nobis proponit Dominus, & pñam ejusdem tremendam non resipiscenibus paratam comminatur: unde ut hanc devitemus, ab illa sedulò ex horum contemplatione caueamus.

### I. I. Quis Dives iste?

*Textus:* Homo quidam erat dives. *Lice.* c. 16. v. 19.  
Qui induebatur purpura, & byssō. *Ibidem*  
Et epulabatur quotidie splendide.

Hanc parvum esse Historiam, parvum parabolam, ex prudenti Auctorum ultrinqute asserentium concordia sentit cum multis Sylvestra hic, ita ut historia reputanda sit de Divite, & Lazarо narratio colloquii

*Dives iste* verò quod inter <sup>etiam</sup> <sup>Africam</sup> inducitur, parabola: hic ex Hebreorum tra-  
ditione Mineus, induebatur, & sic reperit *Ioan. Damas-*  
*cenus*, dicitque hunc *Divitis*, quibus ad proprii corporis ornatum utebatur  
consanguineus *Za-*  
*charia patris scilicet* *Joan. Baptista*, & *crapillam*: induebatur purpura, ueste scilicet pre-  
multius fure notus. Ita reperio apud *Siuri t. 2. tr. 16. c. 1.*

tiosa, & augusta, qua reges ubi solent & principes; 423.  
item Byssus, seu lino candidissimo, ac mollissimo:  
Demum, & laus his corpus recreabat epulis, omnibusque  
mundanis deliciis referunt utam ahebat.

Homo qui-  
dam erat Dives, neceius exprimit proprium nomen, ut  
pote non scribendum in libro vite, sed Dives per excel-  
lentiam dicitur, ut qui adeo temporalibus bonis adhære-  
bat, ut caelestia nullatenus meditaretur, sed de censu au-  
gendo unicè satageret: sed vero quam stulte, audi à  
Cassiano dicente: Divitiae non solum possessori, sed 5.6.c.13.  
etiam dispensatori sunt causa peccati, ut raro & di-  
fliciter sit possidere Divitias, quin indicant in anima-  
rum pericula, & S. Chrysologus ait: Quem tempora- 5.6.c.125.  
litas habuit divitem, mendicium semperernalitas pos-  
siderebit: immo & miserrimus ex hac vita reprobans, 5.6.c.125.  
ut felle S. Fulgentius cum ait: Pauper erat in mul-  
titudine divitiarum, nudus in pulchritudine veshem, in-  
firmus in sanitate corporis, famelicus in sahitate ventris,  
rationem accipe de St. Augustino: Quid habet Dives, in ion:  
si charitatem non habet, pauper, si charitatem ha-  
beat, quid non habet? tu forte putas quod ille sit  
Dives, cuius arca plena est auro, & ille non sit di-  
res,

424. *ves, cuius conscientia plena est Deo: ille vere di-*  
*ves esse videatur, in quib Deus habitare dignatur,*  
*S. Chrysostomus: Quæ stultitia, inquit, illuc retin-*  
*quere, unde exiit es, & non illuc premtere quo*  
Hamil:  
48. *iturus es? thesauriza ubi patriam habes, & ab eo*  
*si intueri volueris animam hominis curum aman-*  
*tis, invenies eam ut vestimentum à decem milibus*  
*vernum corrosum, ita eam perforatam vndeque,*  
*à sollicitudinibus, & à peccatis purgescam, & eru-*  
*gine plenam.*

*ad Julianum prepositas, audi à S. Hieronimo: Divitem pur-*  
*puratum, ait gehennæ flamma suscepit. Ruperius*  
*in hoc autem dicit: Purpura revocat, quanta in regali ha-*  
*bitu superiorum sit vanitas: extrinsecus namque*  
*prulchris speciebus colorari possunt; sed intrinsecus,*  
*vel subtilis eandem purpuram, non solum propter*  
*fluxam libidinem ulcerosa, sed etiam propter mordo-*  
*rum genera diversa, misera, & tabida: s. Gre-*  
Hom. 40. *gorius: sunt nonnulli, inquit, qui cultum subtilium,*  
*in Evangelio: preciosarum que vestium non habant, esse peccatum,*  
*Nemo vestimenta pretiosa, nisi ad inanem gloriam*  
*quirat, videlicet, ut honorabilior ceteris esse video-*  
L. de cito tur. *Tertullianus quoque sic habet: illa civitas mar-*  
gina

425.  
Apoc. 17.4.

gra, <sup>qui</sup> prostituta à Dño appellationem meruisse,  
quali habitu appellationi suæ comparata est, sed & cer-  
te in purpura cum coccino, & auro, quæ maledicta sunt,  
sine quibus non potuit maledicta describi, ~

Et byssio,

non modo in vestitu preiositatem, sed & molitatem que-  
rebut, ut corpori nihil deest deliciarum: sed heu  
qualium! Mollitas præsens lasciva est, ait Pelusiota, <sup>s. i. epist. 74.</sup>  
vilem Dei nostri vestitum imitare. Hinc S. Chrysostomus dixit: Qui molibus vescuntur in domibus regum  
sunt; qui vero talia non habent, in caelis sunt, nam ex  
Tertulliano: Virtus durissima extrahitur, molitiae vero des-<sup>56: ad  
Martyn.</sup>  
truitur. S. Thomas nos molibus induitos dicit esse a-  
du latres: Ille molibus vescitur, inquit, qui verbis in Matth:  
glandis molitur, ut in omnes homines superbi quaerant  
gloriam, & S. Chrysostomus in tales sic invenit: Qua-  
re, dic obsecro, corpus ita ornas, & gaudebas huius tem-  
pore transgressionis signum hoc excogitatum est:  
tu circumferis paup' vermium, atque linearium  
Denique sic eosdem redarguit S. Ambrosius: Parte <sup>56: de Na-</sup>  
tes vestitis auro, homines denudatis: clamat homo  
<sup>60th. c. 13.</sup>  
nudus, & his sollicitus es quibus marmoribus pavimenta  
vestias; pecuniam pauper querit, & non habet; & e-  
quis

426. quis huius aurum sub dentibus mandit, ~

E<sup>t</sup> epula-

batur quotidie splendide, predictis omnibus viho-  
rum incitahvis addit capitulo vihūm quicq; à quo iste  
Dives, epulonis nomen accepit, ab epulis nempe, &

Homil: 1. Crapula. sic Sanchis Chrysostomus ait Secundum ves-  
Be Div: 2. la: timenta, ita & epulæ. Mensa illi opponedatur op-  
para, parasitos & adulatores alebat, carnem sagi-  
nabat ancillam, dominam autem animam fame co-

Ser: 1. 21. sectam negligebat, s. Chrysologus: Epulis blandis,  
ingnit ferrea viscera crudelis anima nutritiebat, s. b.

in sent: autem Gregorius Nazianzenus: Nahiræ comparatum  
est, dicit, ut immodicam sahitatem libido comitelur:  
ut influens materia flammæ vires addit, ita vinum  
languentem libidinem excitat, Magnus vero Grego-

L. i. Mor: rius ait: Pene semper epulas comitatur voluptas nā  
c. 4. cum corpus refectionis delectatione resolvitur, cor ad  
inane gaudium relaxabitur. Pene semper epulas loqua-  
citas sequitur, cumque venter reficitur, lingua non

Orat: de refranatur: hinc merito s. Nilus asseruit: Qui ven-  
gula.

frem implens pudicitia culhim profitebitur, huic similis  
est, qui se ignis implenum stipit compressurum, aut

flammarum oleo extincturum pollicetur: cuius ratiō

Ser: 2. est, quam s. Petrus Chrysologus afferit cum ait: One-  
rahis

ratus venter ad vitia cor deponit, premit men-<sup>427.</sup>  
tem, ne supernam valeat sentire pietatem,

## I. II. De Lazaro ad Divitis januam mendicante

**T**extus Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, *suc. 10. 20.*

jacebat ad januam ejus ulceribus plenus. *ibid.*

Cupiens saturari de misis qua calebant de mensa divi-  
tis, & nemo illi dabant. *v. 23.*

Sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. *ibid.*

Prædicto Divitis fashii opulentie, ac mundana felici-  
tati opponit Christus Dñs hujus Mendici humilitatem,  
paupertatem, cruxnas, & miseriam, ut conditionis u-  
triusque paleat diversitas. Pauper iste vocabatur  
Lazarus, alter uisque ab illo, quem ipse Dñs postea *ioan. 11.*  
suscitavit fratrem Marthæ & Maric. Igitur præ ino-  
pia, agritudo, omnimoda que egestate eleemosynam  
postulare coactus ad Divitis illius januam jacebat  
ad compassionem novendam, quam directo opere non  
expetitus, totioris mensæ reliquias saltem sibi expec-  
tabat, quas tamen pra Divitis duritia non obliniebat;  
neque aliam ulcerionis medelam recipiebat, quam ea  
à canibus lambi, horum que sanativa lingua defer-  
geri. Hic Lazarus est, quem ut sanctum ulcerosum  
que Patronum iure venerantur ~~canis~~ variis in lo-  
cis ~~canis~~ Fideles, atque in ejus honorem Ecclesie extant

NON

428. non paucæ, annexis proleprorum cura & socio-  
misi, ut videre est Romæ, & alibi passim, ut testatur  
Baronius, & alijs

Et erat quidam mendicus nomi-  
ne Lazarus, Paupertatis & mendicitatis statim fa-  
tis per mundanæ prosperitati contraponamus, seu qua-  
cui præstet videamus; atque in limine cum S. Grego-  
rio adverfamus, Quid est, ait, quod Dñs nomen pau-  
peris dicit, & nomen Divitij non dicit, nisi quod Dñs  
humiles novit, atque approbat, & superbos ignorat: ac  
si aperte dicat: pauperem humilem scio, superbum di-  
vitem nescio; illum cognitum per approbationem ha-  
beo, hunc per judicium reprobationis ignoro. & S.  
Concl: de Chrysostomus: Lazarus pauper, quoniam sanctus erat,  
Divites Lazarus nominatur: iste vero dives & superbus, nec nomine ani-  
dem dignus est habitus, & quantum in oculis dei pau-  
peritas præstet divitis abunde vidimus in vita Christi,  
2. Cor: 8. 9. qui ut ait apostolus, cum esset dives, pauper electus  
De contentu lucis est: unde & S. Augustinus hic ait: Nomina-  
lumini ab hominibus: pauper tacebatur:  
c. 7. contra Dñs pauperem nominavit, p. dñm tacuit;  
item S. Bonaventura super illud Luc: 14. Cum intra-  
ret jesus in domum cuiusdam principis Pharisæorū  
sabbatho manducare panem, dicit: in hoc quod in-  
travit dominum alienam commendatur christi humili-  
tias;

-litas; in hoc quod manducavit panem alienum, ipsius 429.  
christi paupertas; & in his ostenditur summa benignitas, quia alissimus voluit pro nobis humiliari, dilectissimus inter homines pauper fieri. Atque iterum S. Au-

Serm: 28.  
de Verbi  
Apostoli.

gustinus: Quibus, inquit, thesauris conferri possit, quod videmus paupertati indulsum? ut ad regnum celorum veniret dives possessione sua oblinere non potest, nunc oblinet, ut contempta perveniat.

jacebat ad januam ejus ulceribus plenus, jacebat ulceratus, prostratus, abjectus, & pro nihilo habitus ab illo divite, nique inex-  
cusabili, quod tam proximo viso non subveniret: hinc tot  
arimna pauperem preparant ad gloriam, divites au-  
tem impietas ad peccatum sempiternam, ut belle anno-  
tat S. Gregorius dicens: Ut probareetur amplius pauper,<sup>Hom: 40.</sup> in Evangelio:  
simul hunc paupertas, & aegritudo tabefecit: atque in-  
super videbat procedentem divitem obsequentibus cu-  
neis circumfulciri, & se in infirmitate, & inopia a nul-  
lo visitari: quomodo autem inter haec se gerebat La-  
zarus, sic exprimit S. Hilarius: interius tamen a-<sup>in P: 122.</sup>  
nima ejus per fidem invulnerabilis, & ad omne felum  
voluptatis, & vita invicta, hinc preclarè intulit  
Chrysostomus, cum dixit: Neque enim ob paupertatem  
coronatis est tantum, neque ob famem, neque ob  
ulcera, sed quod talem vicinum eum haberet, a quo

430. quo in dies aspicerebatur, & despiceretur, eam tentationem generoso tulerit animo, : quod paten<sup>tia</sup> geniū mēritō magnam philosophiam appellat hic Theophylachis.

Cupiens satirari de misis, quae cadebant de mensa divitis. Non equidem tantum hora divitis ferenda, sed ex iis plane minima residua appetebat, solum de necessariis ad vitam solicius, & à superfluis vel cogitandis alienus: unde, & ex S. Chrysostomi consilio,

S. Euseb. 4.  
de sejunio. Assuefaciamus nos, tantum comedere, quantum ad vitæ sustentationem necessarium est, quia non vita propter alimentum, sed alimentum propter vitam à principio factum est, ad necessitatem non ad voluptatem vitæ sumptus comparatus est. S. vero Ba-

Orat. 9. de scilicet  
sejunio. nulli ex Angelis ordinati sunt, ut eos persingulas Ecclesias, qui inedia corpus suum affigunt, describant: quapropter dā operam, ne propter exiguum équilibrium voluptatem, damnum tam ingens accipias, ut ab Angelo in numero eorum, qui à nimio cibo abstinent, non referaris.

Et nemo illi dabat;

Luc: 12. 20. Erat enim & iste dives epulō, & avarus, cui merito dicere possemus quod alteri dīchum divisi: Quae parash, cujus erunt: cum posset per commiserationem ipsi

ipsi dño fenerari, ut dixit sapiens; sed verò ut ha-<sup>431.</sup>  
bet Chrysostomus, Nihil misericordia sensit epulo, sed <sup>Prov. 19.</sup>  
illo quoque iudice, qui neque Deum temebat, nec homi-  
nem reverebatur, & impudentior erat, & inexorabilior: nā  
illum quidem vidua instanter, quamvis crudelē, & aspe-  
rum, tamen flexit ad graffitandum viduae mulieris  
supplicatio: hunc autem nec ista quidem res flectere po-  
tuit ad subveniendum pauperi: quare Lazarum laudans  
Chrysologus sic diviti diuinam exprobavit: Lazarus fa-  
ser: 121.  
me sua inhumanitatis huc dives, filios fixit. ibi postes  
tuas suis ulceribus laureavit. ibi fame sua pinxit mi-  
cas bras, itemque Lazari patientiam demiratus Theo-  
phylachis ait: Num igitur Lazarus in tantis malis blas-  
phemabat? num prouidentiam Dei reprehendebat? Ni-  
hil horum, sed fortis erat, & magnæ philosophie

Sed  
& canes veniebant & lingebant ulcera ejus: discat hic  
Dives à feris iisis mansuetitudinem, eum pudeat su-  
perflua denegare proximo, cui gestio rationis ex-  
pertes benignum praestant obsequium: his congruit  
quod imperfectis notavit ad illud Matth: 10. Cavele  
autem ab hominibus, ubi ait: Nunc autem addidit: <sup>Hom: 14.</sup>  
Akkendite vobis ab hominibus, ostendere volens quia  
præ omnibus malis homo est pessimum malum. Nam,  
si gestis comparare volueris, pejorem invenies eum. Pe-  
titia,

432. *tia enim quamvis sit crudelis, tamen quia est irratio-*  
*nabilis, declinabitur ab homine crudelitas ejus, homo*  
*autem crudelis cum sit & rationalis, non facile evadetur*  
*crudelitas ejus.* Titus Bosiensis hic, Faciebant ait,  
hoc canes, eo quo poterant sensu vicem dolentes Sa-  
zari, curam que illius, qui ab omnibus deseritis erat,  
amicè suscipientes; nec non vulnera ejusdem benevolè  
medicorum more foventes, & circumligentes, & consi-  
ser: 124. deromus cum Chrysologo dicente: Ob hoc egredit deus,  
ut dives pauperis, pauper divitis in epulis semper  
essent, quia talius vicissim sibi ambo curam de vario  
langore prestarent. Hinc est, quod differebatur cura  
pauperis, ut dives sumeret de vulnera medicinam de  
geniti compunctionem, de lachrymis penitentiam. Cer-  
te, ut tankis dives bonis fuisse Deo gratias esset, quando  
gratus Deo pauper in malis omnibus, vidente divite per-  
manebat.

### S. III. Divitis, & Lazarus dispar interitus.

*Textus:* Factum est autem, ut moreretur mendicus,

*Et portaretur ab Angelis in sinum Abrahae.*

*Mortuus est autem & dives,*

*Et sepultus est in inferno.*

} Luce c. 18.  
} 4. 22.

Quorum vita adeò diversa exhibet, dispar quoque  
vtriusque nunc narratur interitus, ut vite cuiusque  
suum respondere advertamus pro meritis exitum  
hinc

Hinc in morte Lazarus utitur sacer <sup>133.</sup> Textus phrasis:  
si: Factum est: quod, testibus Carthusiano, & Hugo-  
ne idem est ac, Factum est à Deo vocante ad gloriam,  
& à misericordia liberante; nec dicitur absolute Mortuus, ut  
postea de Divite, quia justorum mors non propriè mors  
est, sed ad vitam veram dulcissimus transitus, à quo La-  
zarus statim ab Angelis ut Dei ministris asportatus est  
in sinum Abrahæ, seu Limbum Patrum, donec mortuo  
Redemptore cum illo in cælum omnes glorificarentur; tā-  
ta quidem Lazaro à passis laborib[us] perfectionis san-  
ctitas resultavit, ut ei nullum purgatorio abluendum  
delichum remanserit, sed illico in quietis locum transi-  
erit. Econtra gulosus ille Dives morte pessima peccato-  
rum interit, & de vita in mundanis delictis transacta  
in miserrimam abiit, & aeternam pauperiem: vnde non  
translatus utcumque, sed repulitus & velut oppressus di-  
citur in inferno, terrâ misericordia & tenebrarum, ubi  
nullum bonum, & omne malum sine fine experieatur.

Factum  
est autem ut moreretur mendicis. Omnimq[ue] quidem  
finis mors est, sed iustis quid dulcissimum efficiuntur à  
terrenis miserijs liberari, ac Deo pro quo vineptes an-  
helabant, appropinquare: vnde Apostolus ardenti fer-  
vore dicebat: Cipio dissolvi, & esse cum Christo; super Phil: 1. 23.  
super

434. super quo belle Tertullianus dixit: Quod aliud est  
I. de coro: votum nostrum, quam quod & Apostoli exire de se-  
cilio, & recipi apud Dominum, Hinc verissime notat  
S. Ambrosius, quod Mortis meus non ad mortem refe-  
I. debono rendus est, sed ad vitam, nempe ad vitam preteritam  
Mortis c. 8. prout in ea quis se gesserit, quia ut Sapiens ait: In  
Prov: 14. 32. malitia sua expelletur impius: sperat autem iustus in  
mortes sua, Sic Job dicebat. Puhedini dixi: pater  
job: 17. 14. mens es, mater mea, & soror mea vermis: quasi di-  
ceret, inquit Origenes: Ut pueri consolatores habent pa-  
rentes, sic ego mortem, & puhedinem, ~

Et portare her  
ab Angelis in sinum Abrahæ: En quare justis mors  
deo appetibilis, quod ipsos ad patientiæ coronam per-  
ducat, sitque jam finalis malorum omnium fermi-  
cone: de nus. S. Chrysostomus: In hoc mendico, ait, humili-  
Lazarus. tas intelligitur honorificata, paupertas sublimata,  
& in sinum Abrahæ, ut in locum suum ab Angelis as-  
portatur, locus quippe pauperis cœlestis est beatitudo,  
juxta illud: Beati pauperes spiriti, quoniam ipsorum  
March: 5. est regnum cœlorum. s. Chrysologus: En fratres, inquit,  
X. 3. mors pauperis totam divitias pompam transcendit, &c.  
sem: 121. gloriam, & adverfit iterum Chrysostomus dicens: Non  
Hom: de sufficerat ad portandum pauperem unus Angelus; sed  
Divitie prop.

propterea plures veniunt, ut chorium lachitiae faciant,<sup>435.</sup>  
tentae penae deliciis communiantur, ut portare hinc ab  
Angelis, & adducere hinc ne saltem ambulans laboraret;

Mor-  
tuis est autem, & dives, qui, non ut alter avarus  
de morte præmonitus, sed potius repente obiisse insi-  
natur, ut qui non avarus modo, ~~et~~ sed & immisericors  
extiterat: unde S. Basilius dicit: ipse velocius migra-  
bit hinc arrephus, quam illa iuxta avaritiae ipsius co-  
gitationem erigantur, sed ad rem nostram belle no-  
tavit S. Isidorus, quod <sup>in Cat. grac.</sup> sepè divites in hac fallaci 1.3. sent.  
vita, dum de potentia gloria, vel rerum abundantia,  
ges hunc, repente hora qua nesciunt, improviso exitu  
rapiuntur, atque absorcente profundo cruciandi aeternis  
gehenna incendiis deputantur. Imo & Seneca, cum ait: Epit: 107.  
ille qui & mari, & terra pecuniam agitabat, in ipso pro-  
currentis pecuniae impetu raphus est, & quid mortuis di-  
vibus prosunt sumptuosæ exequice? sicut his nihil  
ait S. Augustinus, ita, inquit, nihil nocent aut viles, sent: 89.  
aut nullæ sanctorum pauperum sepulchrae, S. Chry-  
sostomus. Dives, inquit, non apud ultimum justum, laza-<sup>Nom: in</sup>  
rum, sed in sinu videt Abrahæ, hospitalis enim erat  
Abraham; ut ergo redarguatur divitis inhospitalitas, prop-  
terea Lazarum cum illo videt, ~

436. Et sepultus est in inferno, hic locus est avaroru,

ut qui misericordiam non exerceverunt, sic divinam

<sup>1.2.99.</sup> a se averterunt: unde Divus Augustinus ait: Sepulta-

<sup>9.38.</sup> ra inferni pœnarum est profunditas, qua superbas &

immisericordes post hanc vitam devorat, sed & alibi

<sup>Ser. 24. de</sup> sic arquit: Sisic morientur superbi rerum suarum con-

<sup>verb. dñi</sup> servatores, & nihil inde pauperibus largientes, quomo-

do morientur, qui rapinat aliena? Advertit Chrysos-

<sup>in cat. 3.</sup> tomus: Nullus autem est, qui sepeliendo diviti minis-

<sup>Thomae</sup> trasse dicuntur, ut Lazarus, & qui multos habuit obsequen-

tes adulatores, ut pervenit ad finem prius est omnibus,

<sup>Cenc. 2.</sup> & iterum alibi sic habet: Qui prius habuerat animam

<sup>de Lazarro</sup> crapula sepultam, & deforam in corpore, nunc sepultus

est in inferno: non secus enim ille, quam si catena qua-

dam temulenta, ac ventris ingubie vichus eret, sic otio-

sam illam ac mortuam reddiderat... nullus eorum, qui

prius auxiliabantur aderat erepturus à pena, ac suppli-

cio, sed ab illis omnibus divulstis, solus inse recepit, ut

illa non ferenda supplicia sustineret. Tandem Theeo-

<sup>apud Epiphylachus:</sup> Dices vero, inquit, quod sepultus sit, insinuat

<sup>hic.</sup> obiter Dominus, quod & anima eius locum infimum, &

<sup>Ep. 34. ad Julian.</sup> caliginosum sortita fuerit. Tandem cum S. Hieronymo

desucamus: Difficile, imò impossibile est, ut & presen-

tibus quis, & futuri fruatur bonis, ut & hic ventrem,

& isti mentem impleteat, ut de deliciis transcat ad deli-

cias,

rias, ut in utroque saeculo primus sit, ut & in celo, & in 437.  
terra appareat gloriōsus. Sed ne hoc magni Basiliū pre-  
terea misericordia monitionem dicentis: Tame delicias, Epusser: i. de  
to enim ille, non ob iniquitatem, sed ob mollem vitam ardet <sup>sejunctio</sup>.  
in inferno, quia molles sibi, aliis sunt duri, & crueles: addi-  
munt enim pauperi necessaria, ut mollia, & superflua dent  
ventri.

#### §. IV. Sermo Divitis ad Abraham

**Textus:** Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis. *Iuc. 16. 23.*  
Vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu ejus. *Ibid.*  
Et clamans dixit: Pater Abraham miserere mei. *V. 24.*  
Misce Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam,  
ut refrigeret lingualis meam. *Ibid.*  
Quia crucior in hac flamma. *Ibid.*

Hic utique sermo verius est parabolicus, quam his-  
toricus, ut supra innuimus, nempe cum item quadam  
figura ac metaphorice addantur, sed profecto ad maiorem  
pranarratam historiam ponderationem, scilicet fructus ex ea  
intenti efficaciorum persuasione. Hic ergo inducitur  
ille Dives ex inferno sursum respiciens, Lazarumque  
in sinu Abrahæ feliciter colloquatum videntes, Atque Abra-  
hamum allocutus suppliciter exorasse, ut aquæ guttam  
saltem minimam sibi à Lazaro subministrari permit-  
teret: ad id nempe ejus devenient miseria, ut qui  
prius cunctis abundans Lazarus, etiam sibi superflua  
de-

438. denegarat, nunc ab eodem aquæ guttulam expectare, &  
frustra cogatur, sicut que in æternis cruciati bus perpeti  
sempiterham.

Elevans autem oculos suos cum esset in  
tormen his, levavit oculos non tam corporis, quam  
mentis, sed ut qui deorsum talibus cruciabatur tormen-  
tis, haec non modo sentiret ad panam, sed bona, quæ  
sursum erant, ad rabidam suspicere invidiam: ex quo  
Hom: 40. insert S. Gregorius: Gredendum est, ante iudicium cons-  
pici ab injisis justos quosdam in requie, ut de illorum  
bono crucientur; iusti vero semper in tormentis injus-  
tos inueniuntur, ut eorum gaudium crescat, dum malum  
conspiciunt, quod misericorditer eraserunt. S. Bern:

E. 4. S. 18. Senensis super illud Sap: 4. Videntes turbabuntur &c.  
extraord: dicit: Vident gloriam beatorum, maxime eorum quos  
in hac vita contempserunt, hinc Psalmista preannuntiavit.

Pf: iii. Peccator videbit, & irascitur, &c. S. vero Chrysologus ait:

Sir: 122. Zelo magis incendiatur quam gehenna; est illis Incendium  
non ferendum, quos aliquando haberunt contemplari,

L. 1. <sup>senatus</sup> videre felices. item S. Isidorus: impii, dicit, ex hoc Du-

c. 29. rius in iudicio puniendi sunt mentis dolore, ex quo visu-  
ri sunt justos gloria beatitudinem meruisse, & S. An-

4. p. 111. 14. toninus inter damnatorum cruciatis hinc speciatim  
c. 5. 9. 8. enumerat: Tabefacio invidia, ac livoris; vident.

enim

enim gloriae beatorum, quem in generali intelligunt; 439.  
& hanc est perversitas eorum, quod vellent omnes se-  
cum esse damnatos.

Vidit Abraham à longè, & La-  
rum in sinu ejus, utique à longè, ut ea solum videret  
quæ ad tormentum faciebant, semperque quantum à bo-  
nis distasset recognitudo ploraret: ubi S. Chrysologus ait:  
Longè illi erat Abraham, cui non fuerat proximus pau-  
per. Eusebius Gallicanus: Dives, ait, iam incipit videre Ser. Ver. 5.  
Lazarum superiorem, & Fam superiorem, ut non nisi o- post. Chiam 2.  
culis elevatis eum videre non possit;: rationem audi à S. Andrag.  
Chrysostomo: Ut non tantum natura suppliciorum, sed Conc. 1. de  
etiam comparatione honoris illius intolerabiliorem ha-  
beret cruciatum. Dion: Carth: Oculos, inquit, quos hic Apud Silvan.  
clausit culpa, ibi apertit pena. in hac etenim vita  
impiis delectationibus mente cecatus, non consideravit  
pravorum vœnas, & gaudia beatorum. Immitatio quā-  
ta rerum (exclamat S. Chrysologus) Quo descendit di- Ser. 124.  
res, quo pauper ascendit? respicit ibi sursum, quem des-  
pexerat hic deorsum; videt eum de inferno in sinu Abra-  
ham, quem jacentem coram se superbo de signate non vi-  
debat.

Et clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei,  
Ad Abraham seu Hospitalem recurrit, qui hospitalita-  
tem exercere crudelis rehuerat; opem Lazari non audet im-  
plo-

440. plorare, cui opem ferre, cum poterat, avarus noluerat.  
in cas: 5. th: vel ut habet Theophylactus: Non dirigit sermonem ad  
Lazarum, sed ad Abraham, quia forsitan erubesceret,  
& putabat Lazarum reminisci malorum). S. Chrysolo-  
serm: 66. glos: Dives, inquit, bonorum suorum nec vivit tempus, nec  
malorum suorum miserandus agnoscit. Pater Abraham!  
modo rogas? modo ubi tempus est patiendi, non rogandi,  
orat: 27. S. Gregorius Nazianzenus ait: Dives ille, qui in flamma  
torquebatur, ac pro hujus vite voluptatis, Lazarique  
curientis, & ulcerosi contemptu, hanc mercedem referebat  
ut illuc Lazaro opus haberet, nec tamen ejus opem im-  
petraret, Nicetus autem sic: Idcirco dicit, misericordia  
<sup>Beatus</sup> implorata non auditur, quia misericordia communicari  
cum inhumanitate non potest: qualia enim seminaverit  
homo, talia & metet.

Mitte Lazarum: jam se fatebatur  
Lazaro indigere, qui prius hoc despecto sibi de omnium  
arrogabat affluentia. Erras miser, ait ad illum S. Chry-  
Hom: 2. est: 2. s. Iosomus, Abraham mittere non potest, sed suscipere: ec-  
cē dices indiget paupere: adveniente morte, & soluto  
spectaculo huius vite, omnes, larvis egestatis, & diviti-  
rum depositis, ex solis operibus dijudicantur, qui nam  
Hom: 7. in vere sint divites, qui pauperes. & alio in loco dicit:  
sue: cum proximus esset Lazarus præteribat eum dives, cum  
autem procul abrit, invocat. Nam itaque supplex dives  
factus est pauperi, rebus brevi commutatis, ubi acutè  
notat

notat S. Chrysologus: Adhuc divitem malitia non deserit, <sup>441.</sup>  
quem iam possidet papa, qui non se ad Lazarum duci  
poshilat, sed ad se Lazarum vult deduci, <sup>5er: 122.</sup>

ut inhingat ex-  
tremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam,  
tam parum exigit, quia in inferno vel hoc minimo concessio  
sibi multum forte putabat refrigerium; sed cum sic irrideat Chry- <sup>ser: 124.</sup>  
sologus: stilla digiti extremi credit gehenna flamas exhi-  
giere, qui mensuris perfectam diem ebrietatis non extinxit  
incendia, item: sic si, o dives, extremi digiti guttam, qua <sup>ser: 122.</sup>  
si vel solam dedisses pauperi, non sibi res: immisericordem te  
gutta reddidit, & mica inhumanius: ad haec mala non venis-  
ses, si de tanis horreis micam, guttam de tanis forcularibus  
tunc dedisses. Audi ab eodem vim cur potius lingue, qua  
aliis membris attendat, quia, dicit: Haec de fato corpore pri- <sup>ibid.</sup>  
ma sentit ardorem, qua prima varios deliciarum cibos, &  
odorata degustarat pocula, Attigne ut S. Augustinus ait <sup>cateq.</sup>  
Quod linguam suam vult refrigerabi, cum in flamma totus <sup>2. m:</sup>  
arderet, significat quod scriptum est: mors, & vita in mani-  
bus lingue, sed iusto ei iudicio, vel hoc parum denega-  
tur, quia iudicium sine misericordia ei, qui non fecit mi-  
sericordiam, & ut ait S. Basilius: Condignum premium <sup>in Catena</sup>  
redditur diviti, vice lyra sonantis, gemitus, vice potius desi-  
derium stilla,

Quia crucior in hac flamma, id est  
omni crucijatum genere affligor in his ardoribus sem-  
pr-

442. pitemis interrogemus eum cum Chrysologo: Quid  
est dives? ubi sunt fontes torcularum tuorum? ubi  
sunt horrea ad famem pauperis? ubi vina annosifatu-  
bus? ubi sunt effusiones, & flamina ministrorum tuorum?  
ista omnia tibi periere: remanserunt ista (tormenta)  
<sup>L. 10. m.</sup>  
<sup>Apocal:</sup> deseruerunt illa (delicia). Hic bene Rupertus incla-  
mat: O! miserabilis conditio Babylonis terrene civitatis,  
quaē adeo fornicatur cum amatoribus, quia non solum  
fornicatur cum amatoribus sed etiam cum hostibus, quo-  
rum etsi quis amor est, fanta felli amaritudine permis-  
ceatur, ut ipsam hostiliter dilanietur cum qua fornican-  
tur, sic amatoe divitiae suam amatorem jam dilacerant,  
vel cogitatoe, quaē prius possessore suo adulabantur posse-  
sori, & si non sine felle acquisitor, ac retentor: quantū  
nunc vellet dives ille vel partem minimam presentis sup-  
pliciū opibus præteritis redemisse, ut bene considerat  
<sup>L. 3. ad Leder:</sup> Salviatus: Et quid dicam, inquit, voluisse, ut intermi-  
nabile illud malum redimeret facultatibus suis! Plus  
dico aliquid: volverat omnem substantiam suam tradere,  
ut posset in flammis unius saltem horae requiem compa-  
rare: quomodo non quantolibet prelio mercari requie  
præopharet, qui parvam refrigerij guttam tanto am-  
biti postulabat?

S.

# S.V. Abraham respondet Diviti 443.

**Textus:** Dixit illi Abraham: fili recordare, quia receperisti bona  
in vita tua, & Lazarus similiter mala. *Ioc. 16. 25.*  
Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. *Ibid.*  
internos chaos magnum firmatum est. *V. 26.*  
ut hi qui volunt hinc trahere ad vos, non possint, neque inde  
huc transmeare. *¶*

Ut Dives patris nomine Abramum invocaverat, sic  
et sub filij nomine hic illi respondet benignus; etsi jam  
illi solatio esse non possit, justam ei suæ damnationis cau-  
san memorandam proponit, quod nempe, cum vivens  
terrenis omnibus adhæserit, illucque fructus sit deliciis,  
pana nunc, quam sponfe nunquam in vita pro Deo sump-  
serat, illi sit invito perpetua ab ipso Deo vindice inflic-  
ta; Lazaro vero, cui viventi in adversis ille insultaverat,  
eterna felicitas ab eodem reminendore collata; ita ut  
justo Dei iudicio illi non possit subvenire quantum vis  
excoribus Lazarus, cui, cum poterat prestare, vel exigua  
denegavit subsidia: illud quoque chaos intermedium  
ita felicem à penali separat aeternitatem, ut nulla un-  
quam possint communicatione permiscere, qua vel boni  
malum sentire, aut de bono mali aliquando queant par-  
ticipare. *¶*

Dixit illi Abraham: fili recordare, quia rece-  
peristi bona in vita tua, & Lazarus similiter mala; quæ  
memoria, quæ cum damnatis prodesse non valeat, iure  
nobis pohus inculcatam iudicabimus, ut quæ cautioni po-  
hius

444. tuis servitiae, quam liberationi: nam ut ait s. Gre-  
gorius: <sup>Hom: 40.</sup> ad pœnam suam ei & cognitio servatur, & me-  
moria: cognoscit Lazarum, quem desperit; fratrum quo-  
que suorum meminit, quos reliquit. s. Bernardus: <sup>Super: 1. ecce</sup> Hec  
<sup>de rebus suis</sup> cine, rogat tota causa cruciatum, quod in seculo zona  
Orat: 6. recepit, & respondebat: ipsa plane. s. Gregorius Nisenus  
ad Divitem: Digna, ait, semetibi hibi metis, acerbitatem  
seminasti, collige manipulos: fugisti misericordiam, fugit  
te misericordia; abominatus es, & fastidisti egenum, fasti-  
dies te, qui propter te egenus fuit. s. Chrysostomus: Di-  
<sup>Hom: 1.</sup> viti, inquit, navis erat plena mercium, ac secundo navi-  
gabat vento, verum ad naufragium festinabat, eo quod no-  
lebat onus circumspecte ferre: infelix felicitas, quia divite  
in p. 82. ad æternam traxit infelicitatem. & s. Augustinus dicit:  
Putatis, fratres, infelicitatem sæculi metuendam esse & felici-  
tatem non metuendam; imo vero felicitas frangit, quem  
infelicitas nulla corrupit.

Nunc autem hic consolatur,  
tu vero cruciaris, versæ sunt vices, Diviti pro temporali-  
bus gaudiis cessit crucialis æternus; econtra Lazaro ex  
transitorio dolore solatum obviavit perpetuum. Belle hic  
in Declaracionib: s. Bernardus: Quid dicemus ad hæc, si talis finis, & tale  
iudicium, ut extrema gaudiis luctis occupet, nunquid  
non preferenda sunt in hoc seculo mala bonis, quippe  
nec illa vera bona, nec illa vera mala esse, manifestum. Ve-  
ra potius sententia Salomonis: Melius est ire ad domum  
luc-

luctus, quam ad domum convivii: unde & Magnus 445.  
Gregorius dixit: Pravi quaque dum tempore horore Epist: 5. ad suffulti soris videntur surgere, ihsus cadunt, & cum in Tholossum.  
hac vita gloriam peripit, quam relinquit, ab illa ca-  
dit, quæ post hanc vitam venit, & siuidem sic à Deo  
redargutum divitem intelligere possumus cum S. Augusti<sup>10</sup>.  
didente: Quid faciam hbi? eleemosynas non fecisti, quæ  
peccatorum tuorum penas extinxerent: interveniant  
pro te pauperes, & quidquid pectoris, dono. & ut S. Chry-<sup>11</sup> serm: 68.  
sologius ait: Dives, qui partipem pauperem in bonis pre-  
sentibus audiire contempsit, in futuris compahientem pau-  
perem non meruit invenire.

inter nos chaos magnum  
firmatum est, seu invincibilis distinctio, non tam ma-  
terialis, quam moralis, seu à morum præteriorum diffe-  
rentia, præensis que soris disparitate omnis expers cō-  
municabilitatis: hoc que justissime à Deo firmatum, si-  
ve statutum est, ne Horrore ullo beatorum minverebit  
gloria, aut hujus vel à longe visione reproborum aliquo-  
tenus temperaretur tristitia: unde habet S. Augustinus: in Ps: 150.  
Tolerabilorem quosdam excepit nos damnationem in quo-  
rumdam comparatione legimus; alicuius verò mitigari  
eam, cui traditis est penam, vel quoniam intervallis ha-  
bere aliquam paudam, quis audacter dixerit, quandoqui-  
dem unam stillam dives ille non meruit: & S. Bernardus: E. 4. S. 6.  
Ibi 2 p. prima;

446. ibi dicit, appetitus erit semper appetibilis, & nunquam  
atttingibilis ad id quod appetet, & alibi hanc profert  
<sup>in declam.</sup> monitionem: Expergiscimini ebrios, & flete, terribilis e-  
nun Deus in iudiciis super filios hominum... Negre enim  
ad hoc nos de paradiſo voluptatis animadversio divina  
ejecisse videbitur, ut alterum sibi hic paradiſum adiunctio  
humana pararet. Homo ad laborem natus, si laborem refrig-  
erat, quid respondebit ei, qui misit eum, qui instituit, ut la-  
boraret?

ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint,  
negre inde hinc transire: quia utique in inferno nul-  
la redemptio est a malis, & in celo nulla a bonis cessatio,  
aut remissio; eternitas uirumque prominet, ita ut nec ulla  
damnatis restet spes evadendi, nec glorioſis timor amittendi:  
hinc bene dixit Incerius: Perisse semel, eternum est, at-  
dol: 12. que post hanc vitam ut ait Ecclesiastes, ibit homo in do-  
mum eternitatis suæ. Et quidem, ut loquitur S. Epiprem,  
<sup>orat de</sup> Si eternorum aliquando tormentorum erit finis, sane  
<sup>fut: iudicium</sup> & vita eternæ; si autem de vita hoc accipere, & statim  
nolumus, quoniam pacto queso, rationi consonum esse po-  
terit, suppliciis eternis finem proponere velle, cum eterni  
adiecio æqualem in utrisque vim habeat, & S. Augusti-  
L. 21. de civ. nus ait: Sicere autem in hoc uno eodemque sensu, vi-  
del. c. 23. ta eterna sine fine erit, supplicium eternum finem habe-  
bit, multum absurdum est, cum Christus in eodem ipso lo-  
co, in una, eademque sententia dixerit utrumque comple-  
xus

xus. sic ibunt ishi in supplicium aeternum, iusti autem 447.  
in vitam aeternam; quidre Lucia Burgensis narratur cor-<sup>in cap: 25.</sup>  
silio: Quid non faciat homo, ut aeternum beatus erit. <sup>Matt:</sup>  
miseriam aeternam: parum est quicquid aut magnifici-  
cat, aut patitur in tempore, quod finitur, modo bene sit  
ipsi illo in tempore quod non finitur. Atque cum  
S. Chrysostomo concludamus: Cum igitur quae vide-<sup>Hab: 9. in</sup>  
tur, temporalia, quae autem non videntur, aeterna,<sup>2. ad Cor.</sup>  
ad haec oculorum actem intendamus; & si suave est  
quod praesens est, est minime tamen perpetuum; at  
vero ea acerbitas, quae ex hac suavitate nascitur,  
eiusmodi est, ut nec finem habeat, nec veniam. ~

## I.VI. Instat Dives, & ab Abraham concluditur ~

*Textus: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei.  
Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi ve-  
niant in hunc locum tormentorum. Luc: 16. v. 27. 28.  
Ait illi Abraham: habent Moysen, & Prophetas, audiant  
illos. v. 29.*

*At ille dixit: si quis ex mortuis ierit ad eos, paenitentiam  
agent. v. 30.*

*Ait autem illi: si Moysen, & Prophetas non audiunt, neque  
si quis ex mortuis resurrexerit, credent. v. 31 ~*

*Doctrinalis admodum hic subjicitur inter Divitem, &  
Abraham alteratio, qua ille jam omni spe proprio  
liberationis destitutus posibiliter, ut Lazarus mittatur  
ad eos quos in mundo propinquos reliquerat, ut eis de-  
pes-*

448. pessima sua sorte faciat cœriores, unde illi tantum si-  
bi dānum p̄caveant; sed Abraham respondentē, illis ad salvationem satis esse legis scriptæ observan-  
tiam, Doctorum que & p̄dicatorum doctrinam, instat  
sortiori hoc pacto commovendos, si ea à redivivo audie-  
rint: quod fālsum testatur Abraham significans oratione-  
riis absentēs à Deo ordinatis mediis, nec extraordina-  
riis ex pertinacia recte usuros.

Rogo ergo te pater, ut  
mittas eum in domum patris mei, nihil pro se regans  
impehaverat, an ergo suis saltem propinquis sup̄erstitiis  
aliquam pro cautōne monitionem p̄stihere valeat, nūc  
tentat, non sane jam ex bono quoddam charitatis q̄nt  
benignitatis affectu, quo damnatio capax non est, sed ut be-  
nē Cajetanus, ex affecti superbitz, quod sic declarat dicens:  
Videbat enim dives multos salvati, & propterea appete-  
bat suos fratres evadere miseriam, ut vel sic in suis fratri-  
bus excalliretur. Atque sic in malum alio modo verit̄ hūc  
<sup>L de anima & Resurreci.</sup> Divitis affectum S. Nicenius: Dives autem, ait, tanquam  
visco ciliadam, carnali vita, etiam post mortem adhuc adhe-  
ret, adhuc ei curæ caro, & sanguinis erat, S. Ambrosius:  
Dives iste serus magister esse incipit, cum nec jam discē-  
Ser: 160. de temp: Di tempus habeat nec docendi, S. Augustinus: Volut  
subveniri fratribus suis semper vocors, sero misericors,  
S. I. Mor: Nam, ut ait S. Gregorius: Omnis peccator prudens erit  
in

in pena, qui subtilis fuit in culpa, quia ibi pena fortissima  
quente exigebatur, ut sapiat, qui hic exceccante se superbia  
desipiebat.

Habeo enim quinque fratres, ut testeatur illis  
ne & ipsi veniant, sed citr Lazarum ad eam posulet le-  
gationem, audiamus à S. Augustino: Quia, inquit, non im- L. 2. q. 6. vng.  
petraverat paululum se refrigerari, multo misericordia  
relaxari se posse ab inferis ad prædicationem veritatis, inde  
Lazarum pedit missi ad fratres suos, quia sensit se indignum  
qui testimonium perhibeat veritati. Alter S. Chrysostomus dicens: Dives Lazarum ad domum patris sui  
non misericors, sed miserandus invitat, quem toto tempo- Ser: 123.  
re substantiae miseratione suis incumbenter ianuis non re-  
cepit: agit infelix, ne videat felicem. & S. Gregorius L. 9. Mor:  
dicit: Qui ad doloris sui cumulum propinquorum absen- c. 49.  
tium meminit, constat procul dubio, quia eos ad augmentum supplicij paulo post rotavit etiam praesentes videre.  
Petit autem, ut testeatur illis, ubi Euthymio teste insi-  
nuat, quod sicut ipse mortem, ita illi pro fabulis dicunt  
mines, quæ in Scripturis habentur de futuri secundi sup-  
pliciis: & propterea solam voluptuosam vitam sequuntur.

In hunc locum tormentorum, ubi iterum miser  
suos protestatur crucifixus, unde quaque se torquentes, &  
ambientes, vocantque locum tormentorum, ubi nullus ordo  
sed horror inhabitat sempernus: est enim ille locus,  
ut

450. ut rectè Bellavacensis dixit: Formidanda suplicio-

Spec: mor: 1.2 p. 2 dist: rum, ac misericordiarum diversitas innumerabilis, acerbitas intolerabilis, & eternitas interminabilis, Pro-

L. de cont: fectò ex innocentio III. Omnis locus reprobis est pena-  
mundi. c. 6. lis, qui semper secum defert cruciatum, & ubique con-  
tra se tormentum incurrit, & in presenti casu sic dis-

in lue: 16. currit S. Alberhtus Magnus: Vidi (ille Dives) Abra-  
ham, & Lazarum: hos duos specialiter ad sua vidit  
cumulum damnationis; unum quidem, comparacione  
cuius damnatus est, alterum autem, quem contemp-

sit. Tandemque S. Antoninus sic loquitur: Pe-  
t. p. lit: 14. c. 5. §. 3. tebat mitti Lazarum ad fratres suos, ut agerent pa-  
nitiam, ne irent ad locum tormentorum, quia  
sibi majus parabatur supplicium ex damnatione  
fratrum; sicut enim ex multitudine, ubi est ordo, re-  
sultat pulchritudo, quae delectat; ita, ubi non est ordo,  
quanto major multitudo, tanto major confusio, &  
afflito in eis.)

Ait illi Abraham: habent Moysen, &  
Prophetas, audiunt illos. id est, ut quid illis Magis-  
trum poshilas, qui libros legis, dicta que habent super-  
torum, quibus si obediant, sufficit; & quidem Sacri  
libri & scripturae lumen sunt, quod vite nostræ gres-  
sis debemus dirigere; unde Regius Psaltes dixit:  
Succerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semi-  
et 5

tis meis, sed vero, ut ait Tihis Bostrensis, quia dives 45<sup>1</sup>.  
ille Proprietas nullo promis fructu audierat; que ab illis Apud  
prodita exstabant, & propalam contempserebat, fabularum à lapide  
que loco habuerat, ex ea re conjecturam faciebat, si eos  
quoque fratres ita comparatos esse. unde claret quod  
dixit S. Chrysostomus: quod sicut ipse fuerat affectus, sic  
opinionem habet de fratribus suis, & quidem, qui ex hoc joan: 8. 47.  
est verba Dei audit, ita ut signis iuxta haec exinde opere-  
tur alio ad salutem non indigeat, juxta illud S. Ambro- Ser: 20. in  
sii: Evangelium non solum fidei doctrina, sed etiam mo- Psalms.  
rum & magisterium, & speculum conversationis, & S. Gre- 1. 2. Mor.  
gorius: Scriptura sacra dicit mentis oculis quasi quoddam c. 1.  
speculum, ut interna nostra facies in ea videatur: ibi enim  
faida, ibi pulchra nostra cognoscimus. Hinc hortatur S.  
Augustinus: Nos itaque sic audiamus evangelium, que- Tract: 30.  
si presentem Dominum, sursum est Dñs, sed etiam hic in joan:  
est veritas Dominus.

Sed si quis ex mortuis ierit ad eos  
penitentiam agent, replicat Dives miracula postularis  
atque prædictam Evangelii scriptæ que Legis efficaciam  
sic impie negans, sed vero, ut opinione S. Cyrillos Alexano: 5. 12. in joan:  
supervacaneum est firmiter credentes voce Angelorum  
Doceri, & bene Superflus: ibi tanum divina preposta in jo: 5. 31.  
lebur potentia, ubi humanam constat deficit industriam,  
aliogquin contra istud videbuntur facere præceptum: Non ten-  
tabis

452. tabis Dñm Deum hum. : unde & Christus Dñs regu-  
lum illum modicæ fidet arguit dicens: nisi signa & prodi-  
joan. 4. 48. gia videritis, non creditis: ubi, inquit S. Chrysostomus, su-  
det, non signa nobis, sed doctrinam ipsius attendendam;  
quare, ist ait S. Gregorius: Dñs, qui rogatus, ut vadat,  
<sup>Hom. 28.</sup>  
<sup>in Evang.</sup> quia non desit, ubi invitatur, inditat: solo iussu salutem  
reddit, qui voluntate omnia creavit. Denum Theophy-  
Apud Syl. Lachus: Hunc, inquit, nihil tam nile est, ut scripturatum  
deirem. diligens scrifatio... eis qui scripturas probe scrutantur, ni-  
hil potest illudere... illis igitur credendum, & de mortuo-  
rum suscitate non curandum. Habemus enim (S. Pe-  
2. Pet. 1. 19. tro docente) firmorem miraculis propheticum sermonem,  
cui benefacimus attendentes, quasi lumen & lucenti.

Ait au-  
tem illi (Abrahamus) Si Moysen, & Prophetas non audiuit,  
neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent, & sequiur  
ex dictis: si enim Verbo Dei, seu sacris scripturis & doc-  
trinis, etsi, ut diximus, firmiores sint efficatores, atque in-  
fallibiliores, non credit quis, quomodo ex signis & mira-  
culis credent, quæ Telephylacte teste, apparenter facere  
potest etiam diabolus, ut seducat imprudentes: hinc S. Zeno  
serm. de  
Resurr.: sic dixit: Habent Moysen & Prophetas, quibus si non  
credunt, neque illi, qui hinc missus fuerit, credituri sunt,  
evidenter ostendens, non in oculis esse carnalibus verum,  
sed in fide credendum constitutum. Ubi etiam redar-  
guenda

darquenda venit quorumdam peccatorum duritia, qui 453.  
nullis emolliuntur. Sapientium monitis, reprehensionibus, aut  
adhortationibus, &c. quibus sic ait S. Gregorius: Plerumque L. II. Moral.  
sit, ut cum audientis cor, exigentibus culpis, Dei gratia non  
repleatur, incassum exterius a predicatore moneatur; quia  
mutum est os omne quod loquitur, si ille interius in corde  
non clamet, qui aspirat verba, que audiuntur. S. Cyrillus L. 2. c. 55.  
dicit: Recusat omnis, qui male agit, lucis illuminationem,  
non quia malorum eum pudeat, pigeatque (salvaretur  
enim si id esset) sed quia ignorare meliora mavult, ne  
quotidie stimulis, quothaie peccans exagitetur, & ratio  
est, quam affert Chrysologus dicens: Austerus pudor, Sem: 128.  
violatur innocentia, veredundia tota sepeletur, impius,  
cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. At Prov: 18. 3.  
que in tot Divitis illius precibus ab Abraham non exau-  
ditis illud aliud dicitur: abinde verificatum adverte: Qui  
obtutus aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse cla-  
mabit, & non exaudiatur.

Ad calcem hujus Historia  
& Parabolae deducamus cum Apostolo: Ergo dum ha- Galat: 6. 10.  
pus habemus, operemur bonum: quia sane, ut ait  
Ecclesiastes: Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scie- Gal: 9. 10.  
tia erunt apud inferos: quare sic irritat S. Bernar-  
dus, seu postus inveniens admonet absurdatos peccatores  
cum ait: ergo tu, & in medio gehennæ expecta sa-  
lutem, que jam facta est in medio terra. Quam tibi  
501-

454. somnis proventuram inter ardores sempiternos  
facultatem veniam promerendi, cum jam transiit  
tempus miserendi: Non descendit ad inferos sanguis  
qui effusus est super terram: biberunt omnes peccato-  
res terre, non est quod sibi ex eo vindicent demones  
ad restinguendum focos suos; sed neque homines socii  
demonum: à quorum societate nos liberet Dominus  
ille qui quantum in se erat salutem nostram ita offe-  
riter dignatus est operari.

## Caput XIII.

### Phariseus, & Publicanus

Hanc Christus Dominus, & Magister protulit Para-  
bolam de Phariseo, & Publicano, quasi utriusque  
efformans antithesim, ubi primus superbiam prese-  
ferebat maximam, humilitatem secundus profundissi-  
mam, multasque interjectiones docet in ea virtutes secta-  
das, notat atque plura nota fugienda vita; ut in-  
de exacta eruatur christiana pietas, & spiritum non  
obscura acquiratur discrecio: hinc ad singula pro  
posse attendamus, ut debitum, & à Christo exadsum  
fruchum animabus nostris deducamus.

§. I. Ad quos Dñus sermonem hic dirigat?  
Textus: Sicut autem ad quosdam, qui in se confidebant tanquam  
justi. Lue. 18. 1.

Et aspernabantur cœteros } idem.  
Parabolam istam.

Postquam Christus dñis mortem funestam Divitii ilius epulonis proposuisset, ut virtus gulae, superbie, & avaritiae vitanda declararet, ab iisque saltem ex pena subsecuta deterret, ut ut & ad peccata vitanda omnino necessaria est oratio, gratia que imploratio, in hac modum servandum demonstrat ī in instanti Videlicet deprecatione exaudita, mox que in presenti Parabola de Pharisæo, & Publicano, quandoam <sup>ut dicitur</sup> vtriusque orationis reformans antithesin, ut juxta se posita contraria melius cluescant; celi clarissime sectandæ virtutes innescant et virtus detestandas: quam Parabolam, ut Medicus Sapientissimus in medelam omnium dirigit, curavit utique illorum quisbuscum loquebatur, ut pote qui jam sibi ultrò arrogantes cœteros despiciebant, sed & reliquis omnibus in præservativam, ut virtus illa quæ ex Dei gratia necdum contrarerint diligenter in posterum declinet.

Dixit autem ad quosdam, quos innominatos voluit dominus, & in hoc maximum discretiōnis & charitatis exemplum præbens, cum de perversis agit nomen eorum reficendo, dum autem justos laudat istorum nomina declarando, ut videre est in Nicodemo, Simone leproso, imo & jam notavimus in Divite illo innominato,

456. & paupere Lazaro dicto, super quo notavit Iuda-  
in luc: 10. cus Stella dicens: In quo docet, ne quotiescumque vi-  
tia alicuius narramus, auctorem nominemus, ne ali-  
qua infamia inde illi sequatur; & Noster Salmeron-  
ton: 7. hic ait: Prudentiae fuit, neminem in singulari notare, fu-  
gienda est enim fratris infamia. Vi malueris cum  
Alberto Magno sic lexum intelligere: Ad quosdam no-  
mine indigños propter malum meritum ipsorum, jux-  
ta illud: Nec memor ero nominum eorum per labia  
mea.

2 cor: 3. 4. Qui in se confidebant languam justi: En nomen  
illorum, vel potius infirmitatis ipsorum, cui medende pi-  
issimus incumbebat Dominus: erant Pharisaei vani, & su-  
perbi, & ex suis operibus laudem exquirentes illius omni-  
no immemores, quod inculeat Apostolus: Non quod suffi-  
cientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis;  
sed sufficiētia nostra ex Deo est, hinc de illis ait Hugo  
Cardinalis: Non erant verè justi, cum nullam haberent  
iustitiam, quia non habebant humilitatem sine qua ni-  
hil placet Deo: Imò de se ita confidentes lapsibilis maxi-  
me obnoxii sunt iuste id permittente Deo qui superbis  
resistit: unde habet Theophylactus Iocircum permisit Chi-  
stus Behrum cadere, ut doleat, ne quis in se ipso confidat  
Math: 26. sed in Deo: dixerat enim Behrus: Etsi omnes scanda-  
lizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor: infe-  
lio: Be: cultu: fum: ramus cum Terhilliano: Utilius ergo est, si speremus,  
nos

nos posse delinquere: sperando enim timebimus, timendo 457.  
cavebimus, cavendo salvi erimus;

*Et aspernabar hinc ceteros*, quod est subsequens superborum uitium ac de se presumendum, ut alios nihil pendant, qui solum sibi attribuerunt: & quid mirum, si & Deum ipsum audacter contemnit, ut bene Theophylactus dixit: *Est superbia Dei contemptus, quoniam enim quis non Deo, sed sibi describit bona quae facit, quid est aliud, quam Dei negatio?* unde in Reg. brev. interp. 198. e contrario iuxta s. Basilium *Humilitas* quidem ea est, cum quis ceteros omnes scipso superiores existimat, & quidem ut ait s. Thomas Villanova, *Omnibus se inferiorem exhibens, neminem contemnit, nemini se profert, majoribus cedit, aequalibus se subjicit, inferioribus adaequat.* & s. Gregorius: *Vera justitia, inquit, compassionem habet, falsa designationem, quamvis & justi soleant recte peccatoribus designari: sed aliud est, quod agitur typo superbiae, aliud quod zelo discipline.* Audo Isaiam dicentem: *Ye goli spernis, nonne & ipse sperneris? cum fatigatus desideris contemnere, contemneris.*

*Parabolam istam*, seu similitudinariam historiam, quibus clementissimus Magister suavi methodo sibi attentos reddebat auditores: unde s. Hieronymus testatur, *Familiare fuire, syris, & maximè Palestinis ab omnem sermonem suum parolas jungere, ut quod per simplex preceptum ab in evang. in Ier. 14. Matt. 13.*

458. ab auditoribus teneri non potest, per similitudinem  
exempla que teneantur, & sicutus Burgensis ait: Parabolis  
quidem p[ro]p[ter]e, & verae discipline cupidi Discipuli in qua  
et si qui alii hujusmodi in turba erint excitarentur ad  
inquisitionem veritatis, ut in aliud tempus declarau-  
derent veritati opportunius attenti redderentur: tot etenim  
mediis qui minorum redimere venerat n[on]ebatur ad eo-  
rum quili in mundo erant salutem, ut jam solo exemplo,  
jam simul & multifariam id procuraret etiam verbo,  
vnde preclarum hoc eruit documentum Dionysius Car-  
thusianus dicens: Christus etiam passione instante a  
predicationibus, & sanctis increpationibus non cessavit,  
quo docetur, ne timore mortis, aut circumstancia in-  
commodi cessemus a spiritualibus actibus debitis: per  
quod etiam quorundam increpabitur pigritia, qui dum  
benescunt, exponunt se otio, & corporali quieti, dum ad-  
huc oregi sibi commiso, ac aliis multis possint prodere;  
serm: 3. in & projecto, ut ait S. Augustinus, Panis noster est ver-  
bi: 30. bum Dei, quod quando audis, aut quando legis, mandu-  
cas: quando jam recognitas, ruminas, sed ex superiori  
Dionysii documento taveamus quod recte monet Bui-  
jn Matth: liss de Ballo, cum ait: Faleor ideo raro parari in  
Eccl[esi]a Dei fructus, quia qui seminant, non semen Dei,  
sed suum seminant, non seminatur semen habens efficacia  
ex Deo, ex charitate, ex spiritu, sed ex studio, & elo-  
quencia humana, —

S.

S. II. De quibus sit sermo in hac Pa- 459.  
rabola? ¶

**Textus** Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent,  
Unus Phariseus, & alter Publicanus. Sec: 18. V. 10.

Loquitur præsens Parabola de duobus, & conditione,  
& intentione maxime diversis hominibus; unus erat  
Phariseus, nempe de iis, qui foris habebantur ut docti,  
bonaque conscientiae homines; alter Publicanus Pu-  
blicanus, ex iis econtra qui & exosí erant, nulliusque  
aut exiguae reputabantur conscientia: at vero vite  
versa ille in hirs & superbus, & dolosus; hic autem humi-  
lis & sincerus erat. Utique ergo simul ascendit in  
templum, quod in alto monte iherusalem erat, atque  
in hoc externo achi pares convenisse significatur, ut  
nempe orarent quod est eo loci destinatum proprie-  
exercitium, cum templo Christus domos orationis  
dixerit: quantum tamen unius, ab alterius oratio-  
ne distaverit postea examinabimus. ¶

Duo homines,  
et numero, sed magis intentione, aliisque operan-  
di modis, et motibus distincti; in quo sane humana ma-  
lia à fine creationis hominis declinat, ut belle S. Ber-  
nardus rebarquit dicens: Quid indecensius, quam cur-  
Sec: 24. in cant.  
vum recto corpore tenere animum? perveritas est,  
& sedata, latens vas, quod est corpus de terra, oculos  
ha-

460 habere sursum, cælum libere suspicere, cælorumque  
luminaribus oblectare aspectus, spiritaliæm vero ce-  
lestemque creaturam, si nos contra oculos, id est inter  
nos sensus, atque affectus trahere in terram deorsum;

*Matt. 10: 6.* Et sicut dicens Dño, Nemo potest dominis servire,  
re, sic & dno, & quodquod sunt homines uni Deo serviri  
*Rom:* tenentur, idem namque est dominus omnium, tunc Apo-  
tolo; cum quo Dño qui non est, contra illum est, & Dia-  
boli servituti misere se subjicit: hinc S. Bonaventura

*Serm. 1.* dicit: Deo servihir vigiliando incustodia contra diabolum;  
*in Dom. 14. p. pent.* diabolo servitur dormiendo in negligencia contra deum.  
Deo servihir ascendendo de virtute in virtutem usque  
in cælum, diabolo descendendo de vicio in vicium usque  
in infernum. ~

Ascenderunt in templum, multiplex con-  
siderari potest ascensus in templum, ita ut quorum  
idem est materialiter, longè diversus est moraliter  
vel ad quævis bona opera accessus, cuius bonitas vel  
malitia à finium intentione petenda est: hinc S. An-  
*Rom. 10: 9.* selmus super illud Apostoli: Iesu est mihi Deus, cui  
servio in spiritu meo, dicit: in spiritu meo, id est in  
affectu mentis meæ, quia non per simulationem, sed  
quidquid foris erga servitatem ejus operor hoc intus  
in voluntate cordis similiter facio. S. Antonius de Pa-  
*in Dom. 13. post Trinit.* dicebat: Basis omnis intentionis nisi in Christo sit  
solidata, totius operis fabrica minatur ruinam, &  
ruina

ruina illa erit magna: jmo quanh ad operis qualitatem moralē faciat intenſio perspicue cognovit ipſe ſeneca, qui dixit: Non quid fiat, aut quid debatur<sup>L. de beneſicis c. 6.</sup> refert, ſed quia mente: quia beneficium non in eo quid fit, aut datur conſiftit, ſed in ipſo dantib, aut facientib animo. & quod ait S. Gregorius: Omne quod datur Deo ex dantib mente pensatur, ac demum Cassianus: Non proveniſis, inquit, conſiderandus est operis, ſed operantib affectibus.

Ut orarent, hoc proprium in templis opus, ubi Deus ſpecialiſer conſiftit, hominum audiſe poſhilata, & exaudire, dummodo tamen debite oratio exerceatur, hoc eſt humilitate & charitate, velut alis duabus ſuſpiria alque deſideria in celum evoent, uti diſcurrit S. Laurephius Iuſtinianus dicens: Humilitas, & charitas ſpirituialis orationis ſunt aliae, quarum remigio usque ad interiora ingrediuntur velaminis, ubi Verbum in ſinu reſidens paterno eterna virtute generatur, Tertullianus autem dicit: Cum modeſta & humilitate adorantes magis commendamus Deo preces noſtras, & iterum Magnus ille Venetiarum Antilites ait: Eo mens in oratione erit alacrior, & in contemplatione ſublimior, quo in ſe extiterit abjectior, alque humilior. Unus Pharisaens, Quid eſſent Pharisei ſic deſcribit Dionysius <sup>Appar. Manji, hic ſiſſis</sup>

462. sive Carthusianus: Pharisæi erant religiosi iudeorū, sicut nunc Monachi Christianorum; erantque Pharisæi ab aliis in habitu, in observantiis multis, cultu religio-  
nis dislincti, propter quod dicebantur Pharisæi, id est  
divisi, eratque secta eorum inter iudeos celebris,

Orat. 35. S. Basilius Seleucus dicit: Pharisæus professione, vir-  
tuvis magister, legis explicator, singula Moysis & ca-  
thodæ successor. Verum hos Pharisæos gentem fuisse  
superbam, & maximè hypocrisy deditam & sapientiam  
simè declarat S. Scriptura, & sic describit S. Hiero-

in Cap. 23. nymus: Pharisæi, inquit, totum lustrantes orbem  
propter negotiationes, vel diversa lucra a discipu-  
lis captanda, quasi per imaginem sanctitatis, stu-  
dium habebant de gentibus facere proselytum, id  
est, advenam, & incircumcisum miscere populo  
Dei.: unde huic accidit quod de Hippocratis ad-

super Isa. 3. 13. vertit idem Doctor Maximus: Quamdiu, dicit, ho-  
mines nos putant sepulchra dealbata, qui intus  
sumus pleni ossibus mortuorum, videtur aliquid  
habere mundum; cum autem patuerit, quod oculum  
est, auferetur universa casaries, & sedacal-  
vities omnibus apparebit: juxta illud: Decalvabit  
Dñus vermicelliarum Sion, & Dñus crinem earū  
nudabit.

Et alter Publicanus, longe diversus à  
Phar-

Phariseo, eo quod, ut ait S. Bonaventura, Phariseus <sup>463.</sup>  
apparenter bonus erat; Publicanus erat patenter  
malus, quia Publicani dicebantur exactores <sup>Apud</sup> <sup>Hansii hic.</sup> <sup>vbi supra</sup>  
publicorum, & cithas Basiliis, Publicanus, ait, ipso  
vite, morum que in istitu accusabatur, qui curam cœ-  
perat rectigalium, plura concupiscenti licetiam, im-  
placabilem rapacitatem, labocinium, legibus pro armis  
utens, vi insidianem terrâ marique solventibus. De  
Publicanis Plutarchus scribit: Rectigal conducere pro-  
bro ducunt, Ulpianus jurisconsultus dixit: Quidam <sup>Apud</sup> <sup>Aristotelem Alex:</sup> in Evang:  
auidacio, quantæ temeritatis sint Publicanorum fac-  
tiones, nemo est, qui nesciat, Maimonides eos vocat  
Homines, de quibus presumitur, omnes eorum opes per  
rapinam congesitis esse. Ecce quomodo inter se dif-  
ferebant isti duo Phariseus, & Publicanus: unde sic  
de iis habet Simon de Cassia: Erant isti duo, sed neque <sup>L.C. c. 25.</sup>  
voluntate, aut intentione coibant in unum; alter sibi  
placens, alter sibi per omnia displicens; sed sibi placens,  
Deo displicens factus erat; & sibi displicens, Deo humi-  
litate placebat,

### §. III. Orat Phariseus

